LUCTATII PLACIDI

GRAMMATICI

GLOSSAE.

RECENSVIT ET ILLVSTRAVIT

A. DEVERLING.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
A. MDCCCLXXV.

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEVBNERI.

Praefatio.

I.

De libris Placidi.

Placidi glossae primum ab Angelo Maio ex quattuor codd. Vaticanis, quorum tres saec. XV., quartus s. XVI. scripti sunt, in Class. auct. t. III. in lucem editae sunt*). His libris mendosissimis longe melior est liber XIV. saec. scriptus, ex quo Ios. Corsius in Annalium universitatis literarum tuscanicae t. I. lectiones uarias ad exemplum romanum Pisae protulit. de hoc libro Fried. Ritschelius more suo multa acute et ingeniose disputauit (u. Rh. Mus. 1869. p. 456. sq.), sed illud dubitauit, an ille codex omnes glossas a Maio palam factas comprehenderet: nam lectiones uarias ex eo prolatas uix ad dimidiam partem glossarum editarum pertinere neque esse ueri simile, in libro admodum mendoso reliquas glossas uitiis carere. at nobis quidem liber Corsianus (C) eadem uidetur continere, quae ceteri codices. primum enim glossae, quas attulit Corsius, non in breuiorem formam redactae sunt et si quae breuiatae comparent, in aliis libris idem uidemus factum esse. tum loci a Corsio praetermissi, cum plerumque minus difficultatis habeant, ne in ceteris quidem libris ita multum inter se differunt. denique in C eadem fere sunt omissa, quae in libris integris, idemque qui in illis seruatur ordo. id optime perspicitur, ubi Maius quaedam sua sponte immutauit, uelut in glossis '*admodum, falla, pan*', uel

*) De codd. Vatic. u. Wilmannsium in Rh. Mus. t. XXIV. p. 362. sq. Kettnerum in Herm. t. VI. p. 166. sq. Theod. Mommsenium in Herm. t. VIII. p. 67.

ubi coniunxit, quae in libris separantur, ut in '*mulcitare, mulcitator*', uel ubi quasi laciniae glossarum supersunt, ut in '*exfabillauero, mattya*'. his omnibus in locis C et ab editione Maiana differt et cum codice Hamburgensi (H), de quo statim dicemus, maxime consentit. hic liber ut omnium est optimus ita reliquis plenior, nam numerus glossarum ex eo his auctus est: '*aristophanes, accurate, agunne, babilonia, damium, eritio, facetus, subsistentia, theos*': quarum ex numero '*eritio*' et '*facetus*' ex '*famulatio*' et '*lepidus*' excerptae sunt, '*subsistentia*' illa quidem a Maio allata, sed in CH ut fragmentum quoddam iterum posita est. '*agunne*' aut idem est quod '*aginam*' aut pro '*aginatorem*' corruptum.

Eaedem nouae glossae item exstant in codice Hamburgensi (H) chart. s. XV., ex quo insuper aliae nouae accesserunt: '*caelibum, caruasa, cassiculo, citarier, concordo, desipiscentes*', desunt autem '*neunquam, concubia, denixe, erum*'.

Praeter hos codices plures Romae tam in bibliotheca Vaticana quam in aliis inueniri *Guilelmus Meyerus* nos docuit et suspicari licet, alios aliis in locis latere. sed Placidi glossae non solum propriis libris, quamquam iam his alienae immixtae uidentur, ad aetatem nostram peruenerunt, uerum etiam cum aliis glossis commixtae et quasi in corpus redactae. huius generis librorum primarius est qui uocatur liber glossarum, cuius extant exempla admodum uetusta. codices, quibus nos usi sumus, hi sunt: Bernensis (b) num. 16. s. IX, qui est primus et tempore et dignitate censendus, sed non glossas habet nisi ad quinque primas litteras pertinentes. Vercellensis (v) num. 62. s. X paene integer, sed multo mendosior est Bernensi, qui et ipse uitiis scatet. Palatinus (p) num. 1773. s. X uel XI, ex quo Maius additamenta et emendationes glossarum in Class. auct. t. VI. p. 554—574 decerpsit. Bambergensis (a) s. X, qui multis locis mutilatus est neque auctorum nomina adscripta habet. Monacensis (m) num. 14429. s. X uel XI, qui cum ualde in angustum sit contractus, multae Placidi glossae in eo desunt, aliae breuiatae sunt. denique Monacenses num. 13302. (r) et 22201. (w), quorum ille a. 1158., hic a. 1165. scriptus est. est autem uterque exemplum lexici, quod uocant Salo-

monis. quamquam autem hi codices, quos enumerauimus, libros, quibus Placidi glossae istae continentur, uetustate longe antecedunt, uitiis tamen his magis referti sunt.

II.

Quae ratio inter utriusque generis libros intercedat.

Quidam cum Placidi libros, quos quidem adhuc nouerimus, aetate recentiore scriptos esse uiderent, coniecerunt, extremis mediae aetatis temporibus, quibus literae et artes bonae quasi renatae esse dicuntur, glossas Placidi ex libro glossarum exscriptas et in unum uolumen collectas esse. ea suspicio hac quidem re adiuuatur, quod utrique libri multa uitia communia habent, ut alteri ex alteris deducti uideri possint. sed hoc inde factum esse apparet, quod eo tempore, quo liber glossarum componi coeptus est, multis mendis glossae iam aspersae erant. potest autem ostendi, libros Placidi e glossario magno non solum originem non ducere, sed etiam nonnullis locis ex eo interpolatos ac deprauatos esse. uelut in C multae glossae, quae in aliis libris Placidi eadem uel simili ratione corruptae sunt atque in libro glossarum, aut sanae aut certe minus uitiatae deprehenduntur, ut '*arsedentes, continuari, dacrumis, dubium quid, egregius, eulogia, helluci*' etc. in Romana editione Maii (R) '*equininam*', in C '*exquinam*', in glossariis '*ecquinnam*' uel '*ecquinna*' scriptum legimus, sed in H '*equirium*', quod etsi non rectum est, tamen ad uerbi ueram formam propius accedere uidetur. est autem in H subter uocem '*equirium*' linea ducta et in margine '*equiniam*' additum. item in H subter uoc. '*deliola*', ut pro '*doliola*' scriptum est, linea ducta et margini '*delioca*' appositum reperitur. '*delioca*' autem et ipsum in R legitur et in glossariis simillimum uocabulum '*delioqua*'. quid quod in H s. u. '*luculentassit*' utrorumque librorum scripturae siue compositae siue confusae sunt.

Iam supra diximus, glossaria longe pluribus laborare uitiis quam libros Placidi. in illis enim multa inepte addita, multa interpolata sunt. accedit quod non multae glossae inueniuntur, ubi non aliquae discrepantiae eaeque nonnun-

quam magnae inter Placidi libros et glossarium magnum conspiciantur. unde facile intelligitur, utrumque librorum genus separatim esse traditum.

Si glossarum ordinem contempleris, qualis in utrisque libris seruatur, in libro glossarum loci ita sunt digesti, ut non solum primae sed etiam secundae et tertiae et ceterarum literarum ratio haberetur, quamquam ut in tanto opere nonnulla perturbata sunt. sed in Placidi libris glossae continentur sic permixtae, ut nihil nisi prima uocis explicandae litera respecta sit. quodsi quis Placidi glossas e glossario magno depromptas et in unum quoddam corpus redactas esse putet, nullam causam afferri posse uideo, cur iste quasi novi uoluminis auctor ordinem glossarum data opera quam maxime peruerterit. ceterum in Placidi libris uerum ac genuinum glossarum ordinem superesse, quibusdam ex rebus perspicitur. uelut glossam '*pelta*', quae sic explicit: '*quibus eaedem Amazones utuntur in pugna*', locus praecedit de Penthesilea conscriptus, quo de Amazonibus agitur. at in libro glossarum, quamquam uocab. '*caedem*' retentum est, illae glossae pro ratione literarum interuallo maiore separatae sunt. porro in glossariis haec leguntur:

'*Frugem fecisti pro bene fecisti. unde quidam frugifat interdum*'. acute uidit Kettnerus, hoc loco duas glossas confusas esse, cum in Placidi libris uerba recte sic se excipiant:

Frugem fecisti pro bene fecisti. unde quidem frugi.
Facesse fac interdum.

item glossa '*lupam*' in libro glossarum sic finitur:

'.... *unde et lupà lepidula festiua*'.

quae in Placidi libris sic secreta leguntur:

.... *unde et lupanar dicitur*
Lepidula, festiua.

inde efficitur has glossas eo ordine, quem in libris Placidi tenent, iam ab initio collocatas fuisse: alias enim in glossario magno, cum eius ordo sit accuratior, non ita continuari potuerunt. illud denique raro fit, ut res propinqua significatione in Placidi libris iuxta positae legantur, uelut '*alitos alimones,*

erum eram, hermae hermes, pellexeris pellicens pellex, peluis pollubro, pronuba procos'.

Praeterea monendum uidetur, permultas glossas, quae in Placidi libris non leguntur, eius nomini in libro glossarum adscribi. de his infra disputabimus. contra in libro glossarum has Placidi glossas frustra quaesiuimus: '*ad incitam, agredulae, alitos, altrinsecus* (*ex altera parte*), *alumna, artheraterem, asisua, corrigiae, decrepiti, emispheria, enormia, ephebi, eques, ergastula, euentus, expudet, faenebris, gutturneo, habena, februarius martius* etc., *inuestem, insortem, iubar, lacunaria, laudare, lancinare, noctis partes, non quitum, obnuberat, occasio, oenum, phlegetontes, pollubro, procos, pronubos, puberes, putium, romam, senatus, stipulatores, tenax*'. quae cum in omnibus desint glossariis, quibus quidem nos usi sumus, existimandum est, eas omnino libro glossarum non insertas fuisse, ut etiam hanc ob rem libros Placidi e libro glossarum deductos esse credibile non sit. earum quas supra diximus glossarum plures ideo praetermissae uidentur esse, quod cum ab Isidorianis locis nihil paulumue distarent, libri glossarum auctores locis Isidori simillimis iam allatis eadem uerba iterare noluerant. ob eam causam has Placidi glossas omisisse mihi uidentur: '*agredulae, alumna, corrigiae, decrepiti, emispheria, eques, euentus, februarius martius* etc., *iubar, lacunaria, noctis partes, occasio, stipulatores*'. eosdem autem non unum Placidi librum scriptum, sed duos pluresue adhibuisse, ex eo cognoscitur, quod glossas satis multas duplici ratione perscriptas operi inseruerunt, ut *artissime commisit, altriplicem, adsentiae, caculae, cauilla, candys, conieci, cracentes, calim, crastinam* etc. quarum modo altera cum Placidi libris consentit, modo neutra. aliis nomen Placidi, aliis alienum nomen, aliis nihil prorsus adscriptum est. sed non solum glossae repetitae, uerum etiam quaedam in duas tresue partes diuisae earumque fragmenta suae quodque literae subiecta sunt, quo melius lexici usui seruirent, uelut '*capta tempestate, artissime commisit, examussim* (*integre*), *honoripetae, iugi iunoni, scena*'. denique glossa '*penthesilea*' leuiter mutata s. u. *amazones* A literae inserta est.

III.

De Placido glossematum scriptore.

In praefatione ad Statium Tiliobroga statuit, glossas antiquas illas, quae sub nomine Placidi circumferrentur, a Luctatio Statii commentatore scriptas esse. haec sententia, quam Maius secutus est (Cl. A. t. VI. p. 553.), codice Corsiano egregie confirmatur. hic enim sic exorditur: '*Incipiunt glossae Luctatii Placidi grammatici in Plauti comoedias*' et ita explicit: '*Finiunt glossae Luctatii Placidi grammatici*'. neque uero commentarii, quos Luctatius siue, ut alii malunt, Lactantius in Statii poemata composuit, neque argumenta metamorphoseon Ouidii, quae ad eundem auctorem referuntur, neque ea, quae Maius ex mythographo anonymo in Class. A. t. III. p. 83—160 publicata eidem auctori adscribit (praef. p. VII.), ita composita uidentur, ut eundem glossarum quoque scriptorem fuisse negemus, praesertim cum nullus alius scriptor eiusdem nominis notus sit. adde quod Placidus glossographus aeque fuit christianus ac Statii commentator: nam ut hic in Theb. 1, 140. de paganis loquitur, sic ille s. uu. '*auspicium, echo, horus, libitina, pan*', idemque Plautum s. u. '*exanclare*' saecularem poetam nominat.

Statii commentatorem posteriore aetate floruisse Tiliobroga recte statuit: eum enim ex Hygino Seruio Fulgentio multa descripsisse et, ut de reliquis non esset dubitandum, Fulgentio quidem eum inferiorem idcirco existimandum esse, quod Boetium citaret et Sedulium, qui eodem fere cum Fulgentio saeculo uixissent. Hermannus quoque *Schottky* in disputatione de pretio Lactantiani in Thebaidem commentarii Placidum quinto saeculo post Christum uixisse argumentis confirmauit (Teuffel, R. Litg. 1870. 303, 9.). eiusdem fere aetatis etiam nostrum glossographum iudicandum esse ipsum eius dicendi genus ostendit: nam multa apud eum uocabula posteriorum temporum propria leguntur, uelut *duelles* p. 12, 14., *retia* pro 'rete' 18, 15. 16., *rectitudo* 4, 1., *seductores* 78, 7., *retollere* 74, 12., *distractores* 51, 7., *pronubos* 76, 13., *taediosum* 83, 14., *colatorium* 20, 10., *reatus* 22, 18., *nouenarium* et *astagia* 70, 6. 27., *obito*

patre 73, 12., alia quae in libris sequioris temporis tantum uel mediae aetatis uel nusquam alias exstant. iam quod *placitum* p. 23, 4. et *denarius* 9, 2. et *fabrica* 57, 10. idem significant quod 'contractus' (u. Areual. ad Isid. 5, 24, 19.), 'assarius', 'opus fabricatum': haec res inferioris aetatis scriptorem declarat. cum denique Placidus praecipit '*Liberauit de praeterito per u, liberabit de futuro per b scribitur*' et idem ait '*caruasa per u scribi oportet*', et indicium est ineuntis mediae aetatis, qua literae b et u permutari solebant, et ipsum Placidum hoc uitio laborasse testatur. postremo quod de paganis ut de ueterum sacrorum studiosis loquitur, id uocabulum in edicto Valentiniani et Valentis imperatorum primum hac significatione usurpatum inuenitur.

His causis ductus Kettnero (Zur Kritik der glossae Placidi 1872. p. 12.) assentiri nequeo statuenti Placidum si non secundo at certe tertio saeculo uixisse: censet enim et Apulei et Frontonis aetate priscorum uerborum opes ad usum illius aetatis hominum necessarias fuisse et Nonium tertio saeculo collectanea sua comportasse. at si morem temporis Frontoniani respicias ex eoque consequi dicas, priscarum uocum thesauros illis hominibus antiquissima quaeque captantibus ex usu fuisse, eodem iure Antonini uel Aurelii aetate Placidum glossas collegisse credas, praesertim cum sequenti saeculo illud antiquitatis studium elanguisse constet. quid quod Festus quarto saeculo simili literarum generi operam dedit et Paulus, eius epitomator, Caroli Magni aequalis erat? ut nihil dicam de ingenti glossarum numero, quae proximis saeculis cum ad alios scriptores tum ad Virgilium illustrandum conscriptae sunt. quod autem auctores Lucano Plinio Cornuto recentiores a Placido nullos afferri Kettnerus miratus est, quaero, quos alios nominare debuerit Placidus, quippe qui una cum glossis etiam locos auctorum pro testimoniis positos ex antiquis glossographis mutuatus esse uideatur. accedit quod Luctatius aeque atque Isidorus paganorum mentione iniecta nusquam in utramque partem disputat, unde sacra gentilium illo tempore dudum abolita et fidem christianam iam altissimis radicibus fixam fuisse putandum est. infra tamen annum 535. Placidi glossas reiciendas non esse, praefatione illa cognoscitur

poetae cuiusdam ignoti, quae anthologiae latinae affixa et paene tota ex uocabulis Luctatianis conglutinata est (u. Rh. Mus. 1835. III p. 471.).

Restat ut quaeramus, qua patria hic glossographus, de quo agimus, fuerit ortus: hac de re uix quidquam certi statui poterit. Maius quidem ex his uerbis: '*Frameae hastae longissimae sunt, quibus etiamnunc Armorici utentes hoc nomen tribuunt*', confici opinatur, Placidum natione fuisse Gallum (Cl. A. VI, 553.). at primum haec glossa non adscribitur Luctatio nisi in libro glossarum, tum si hanc concludendi rationem probes, idem consequi dicas ex illis, quae et ipsa in libro glossarum Placidi nomen ferunt: *Gaesatorum non nomen gentis est, sed mercennariorum gallorum, si quidem alibi legi non gaesatorum, sed gaesorum scriptum*'. at cum prior huius glossae pars ex Orosii hist. 4, 13. petita sit, illa quae de 'frameis' scripta sunt, pariter ex alio scriptore possunt descripta esse, siquidem Placidus glossographus, ut de Statii commentatore Tiliobroga uere dixit, integras saepe periodos ex libris aliorum transscripsisse uidetur. neque tamen Placidus homo Romanus uel Italus fuit: talis enim de Numa loquens hunc non Romanorum regem fuit appellaturus neque eodem loco dicturus, apud Romanos ancile de caelo lapsum esse (u. *ancile* p. 4, 12.). item quae s. u. '*censorium*' (p. 17, 22.) leguntur: '*apud ueteres enim Romanos*' etc., hominis peregrini putanda sunt.

IV.

Ad quos auctores Placidus glossas scripserit.

Fried. Ritschelius (l. c. p. 459.) primus monuit, in praescriptione codicis Corsiani scriptum legi, Placidi glossas in Plauti comoedias compositas esse. neque id iniuria dici multis locis ad comoedias Plautinas hodie exstantes referendis confirmatur, ut glossis '*aequabiles, habeo, habitior, horno, ibus, inmoene, iudicatus, laterna punica, libentia, lucinam, murrinam, neniam, offa, tenax, turget*' etc. nec desunt uerba, quae a scriptoribus ut Plautina afferuntur et ipsa a Placido explicantur, ut '*apluda*' in Astraba usurpatum fuisse traditur

(Non. 69, 23. Gell. 11, 7, 5.), '*acipenser*' in Baccaria (Macr. sat. 3, 16, 1.), '*commodo*' in Friuolaria (Charis. II. 196, 9. K.), '*nautea*' in Artemone (Fest. 165, 32.), item '*herbam do*' (Fest. Paul. 99, 8.), '*narria*' (Fest. 166, 21.), '*coculis*' (Isid. 20, 8, 1.), '*essentia*' (Quint. 2, 14, 2. et 3, 6, 23.). quin ideo dixerim Muellerum recte '*axitionum*' pro '*acxiciorum*' uel '*ad exitiarium*' emendasse, quod Varrone teste in L. L. 7, 66. Plautus eius adiectiuo usus est, et '*matiano malo*' pro '*masio malo*' ob hanc rem ipse scribendum censui, quod etiam Fronto de mattiis (mattianis?) pomis loquitur eo loco, quo multa nomina Plautina affert*). permulta uocabula a Placido explicata etsi ad fabulas Plauti quae supersunt referri nequeunt, tamen aliter terminata apud comicum illum leguntur. alia denique Plautini sermonis ingenium ac naturam quam maxime redolent.

Muellerus in Festi reliquiis series quasdam glossarum Plautinarum intextas esse recte monuit. atqui complures earum uocum, quae in aliqua eiusmodi serie conspiciuntur, ipsae apud Placidum occurrunt. inde effecerim etiam has Placidi glossas ad Plautum referendas esse, etiamsi lemmata nonnunquam terminatione a Festo differunt. uelut ex ea serie, quam Muellerus p. 20. inesse statuit, uocabula '*exitam*' et '*ausculatus*', ex altera p. 35—36. '*bulga*', e tertia p. 60—62. *conjector crumena culleus coniuolis capulus*' etiam a Placido explicantur. atque etiam alias series glossematum Plautinorum apud Festum statuendas esse puto, uelut p. 142—144. et 165. et 166.: nam primo loco uocabula '*municeps mulleos multifariam moenia murrinam murgisonem*', secundo '*nepos nepa nauteam*', tertio '*narita nare nauus*' Festo cum Placido sunt communia.

Potest tamen Luctatius ad alios quoque auctores glossemata scripsisse uideri. uelut '*ad manticulandum*' a Pacuuio usurpatum esse Festus 133, 22. testatur, '*aeque quicquam*' hodie legitur in Terent. And. 2, 6, 3., '*ingluuiem*' ap. Virg. Georg. 3, 43., '*pellacis*' et '*spiris*' in eiusdem Aen. 2, 90. et 2, 217., qua in re hoc maxime notandum est, Seruii glossas cum

*) Fronto de feriis Alsiensibus ed. Maius 1815. t. I. p. 177. ceterum hoc loco Maius recte adnotauit, 'mattiis' fortasse a 'pomis' separandum et pro 'mattyis' accipiendum esse.

ipsis Placidi uerbis consentire. at quidni credamus, Plautum et ipsum illa uocabula usurpasse et Seruium eosdem grammaticos ueteres adiisse quos Placidum? iam quod apud Luctatium quaedam uocabula uarie scripta sunt, ut '*abludam apluda, ancras angrae, adorea adoria*', inde non sequitur, eum glossas ad diuersos auctores interpretandos composuisse, sed una cum glossematis uariam scripturam recepisse. at quae apud Placidum, quamquam scriptura huius loci nequaquam certa est, sic leguntur scripta: *Burrae uarroniae, fatuae ac stupidae, a fabula quadam Varronis auctoris, quam burras inscripsit*', obstare uidentur, quominus a Luctatio Plautum explicatum esse credamus. nam si originatio uocabuli '*uarronius*' recte se habeat, Plautus qui Varrone longe superior fuit aetate, illo usus esse non potest. at cum illud a 'uarro' id est stultus uel ineptus duci debeat, probabile uidetur, Placidum in glossis antiquis haec inuenisse: '*Burrae uarroniae, fatuae ac stupidae*', ipsum autem illam uocem ad Terentium Varronem retulisse et cetera affinxisse, aut ex alio scriptore has nugas addidisse.

Cum autem multae glossae ad fabulas Plauti, quae etiamnunc exstant, referri nequeant, facere non possumus, quin eas perditis Plauti fabulis siue dubiis siue spuriis tribuamus. quaedam tamen ad tempora Plautina nullo modo reuocari possunt, uelut '*municeps, ambronem, priuilegia, romam*'. alia aut antiquis commentariis Plautinis intexta fuisse aut Placidi libris extrinsecus adiecta uidentur esse, ut '*analogia, commata*'. postremo quae s. u. '*factus*' enarrantur, si modo lectio sana sit, sermonem aetatis barbarie iam infuscatae indicant.

Ceterum haec omnia de illis tantum glossis dicta esse uolumus, quae libris Placidi continentur. ueniendum est ad ea glossemata, quae in libro glossarum tamquam Placidi propria adduntur. quorum plurima quin non ad Plautum, sed ad alios auctores pertineant, non est quod dubitemus. multae sunt glossae Virgilianae, uelut '*ab alto, adtonitus, aspera, caelicolae, camuris, capere, chalybes, concilias, confieri, continuo, conuexo*' etc. aliis, quarum numerus Virgilianis fere par est, res ad grammaticam pertinentes definiuntur plerumque breuissime, ut '*accentus, anadiplosis, macrologia, tricola,*

tropus etc. ad Ouid. met. 7, 176. uel 14, 485. referendum puto '*cladibus*', ad eiusd. art. amat. 3, 105. '*faciem*', ad Stat. Theb. 7, 712: '*falcato curru*'. quae sub C lit. leguntur: '*Cyprus, ziziphum, in expositione legimus cantici canticorum, quod est tenue*', ad l. c. 4, 4, 14. pertinere apparet. nec desunt uocabula antiquae quasi notae, ut '*capsit, capso, citarier, deperit, escit, hariolatur, ientaculum, neminis, noctipugam*' etc. quae si ad Plautum uel ad alium quendam auctorem ueterem referas, principalem numerum glossematum paulatim in libris Placidi imminutum esse, codices autem, quos auctores glossarii magni adhibuerunt, aliquanto copiosiores fuisse existimandum est. si autem omnia glossarum additamenta generatim consideres, eas esse explicationes uocum priscarum et antiquitate obliteratarum uix dixeris, pleraque enim tritissima et uulgaria et indigna sunt, quae in medium proferantur. haec Maius uulgauit in Class. A. t. VI p. 554—574, ubi tamen multae glossae Placido falso adscriptae, aliae quae in ceteris glossariis ei tribuuntur, omissae sunt, plurimae corruptae leguntur.

Iam quaerendum est, num illi loci, qui tantum in glossariis Placido adscribuntur, ab eo compositi esse iure dicantur. qua in re illud nobis praesumendum uidetur, eorum aliquos illius nomen falso ferre. nam ut nonnullis ueris Placidi glossis aliena nomina indita sunt, uelut Virgilii nomen his glossis '*acque uident, anquirens, centurum, comptissimus, eccere, efflictim, eram, fimbrium, ibus*', Isidori his '*auspicium, carisa, emissarius, excrat, ianuarius, inclamitari, latro, liniamenta*', Eucherii huic glossae '*mitra*', sic item potuit fieri, ut errore scribarum quibusdam locis nomen Placidi falso praeponeretur. plurima autem uitia hinc nata esse uidemus: primo enim haec glossarum praescriptio uidetur fuisse '*de glossis Placidi*', postea compendio facto uel '*de glossis*' uel '*Placidi*'. nam sic tantum perspicitur, cur illae notae toties uarientur et si quae glossae in libro glossarum duplicatae sunt, alteri '*de glossis*' alteri '*Placidi*' aut utrique '*de glossis*' praescriptum sit. eandem Virgilii*) et Isidori glossarum et

*) Testimonio est glossa '*Finxit composuit formauit*', quae cum ad Virg. Aen. 2, 80. sit referenda neque ab explicatione Seruii discrepet, ei in libro glossarum nota '*de glossis*' addita est.

praescriptionem et breuiationem fuisse puto et librarios, cum notam 'de glossis' appositam uidissent, pro hac modo '*Virgilii*' modo '*Isidori*' quasi doctrinae suae ostentandae causa scripsisse idque saepius falso. sic glossae Virgilianae '*referunt reportant*' '*secreti diuisi separati*' in aliis libris Virgilio in aliis Placido adscripti leguntur et permultis locis Isidorianis in libro glossarum nomen Placidi appositum est. cf. Class. A. t. VI p. 564. *ironia, ianua, ianuarius*, p. 567. *nautam et nauitam*, p. 568. *oblectatur* etc.

Sed quamuis multa in glossariis Placido falso sint assignata, tamen eiusmodi additamentorum numerus maior est, quam ut a librariis omnia peccata esse uideantur. accedit quod Isidorus D. V. 99., quo uno loco Placidum dilucide nominat, haec scripsit: *Placidus, conscribere, inquit, est multa simul scribere. exscribere, quod alibi scriptum sit, transferre. transscribere, quum ius nostrum in alium transit. inscribere accusationis est. ascribere assignationis. describere dictionis uel ordinis*'. cum haec uerba ex Agroecio de orth. 2243, 8. P. ad uerbum paene descripta sint, Luctatius alias quoque res grammaticas in libris tractasse et more grammaticorum ut Capri, Agroecii, ceterorum uaria quaedam de uerborum proprietate ac differentia comportasse uidetur. quam coniecturam eo firmari arbitror, quod discrimen inter '*bucina et bucinus*' glossariorum testimonio Placido proprium eisdem uerbis ap. Flauium de orth. 2243, 8. P. inuenitur scriptum. ex eo uel simili opere nonnulla in librum glossarum uidentur ascita esse.

V.

Ex quibus auctoribus Placidus glossas hauserit.

Inde quod inter Placidi glossas et Festi reliquias quaedam similitudines intercedunt, eas ex pleniore Festo excerptas esse Muellerus iudicauit. quamquam autem aliquot glossemata ex opibus Verrii deprompta iure uidentur esse, uelut '*altriplicem, ancras, batos, caesariati, cracentes, damium, flaxare, fracebunt, fratria, masucium*', tamen Muelleri coniecturam recte repudiauit Ritschelius: nam si quis utrumque opus obiter tantum inspexerit, inter glossarum et copias et expli-

cationes nimium quantum interesse cognoscet. quare miror, quod Muellerus Placidi et Festi quasdam glossas ualde diuersas ex eodem fonte haustas esse dixit, uelut '*aginam*'.

Neque illud dixerit quisquam, Placidum tot uocabula antiquissima ex sua ipsum literarum scientia explicasse. namque et Festus et Nonius Luctatio aetate superiores ueterum compilatores appellandi sunt et nostro quodam iure conicimus, homines quinti sextiue saeculi uel doctissimos uocabula antiquitate iam obliterata ipsos per se interpretari non potuisse, nedum Placidum hominem mediocriter doctum. itaque ad ea tempora regrediendum est, quibus Plauti comoedias explicatas esse scimus. atque eorum quidem, qui Plautinas scripsere glossas, numero putandi sunt Aurelius Opilius, Aelius Stilo, Seruius Clodius, Varro, Verrius Flaccus, Flauius Caper, Arruntius Celsus (u. Varr. L. L. VII, 50. 65. 66. 67. 70. 79. 106. Varr. ap. Diomed. III 486, 8. K. et ap. Non. 9, 13. Fest. 371, 6. cf. Ritschelii Parerg. p. 179. 180. 242. 362. 365. 367. Teuffel., R. Litg. 1870. 146, 4. 9. 320, 1. 335, 3.). quos non ita glossematum scriptores appellauerim, tamquam uerba Plautina more Placidi breuibus instruxerint explicationibus, sed eos in scriptis grammaticis exemplo Varronis cum alia tum uerba Plautina tractasse existimo. Aelium quidem Festus a glossographis aperte separauit, cum scripsit: '*Naucum ait Ateius philologus poni pro nugis. Cincius, quod oleae nucisque intus sit. Aelius Stilo omnium rerum putamen. glossematorum autem scriptores fabae grani, quod haereat in fabulo*'. ergo putandum est, Plautini sermonis studiosos iam mature fabulis eius poetae breues interpretationes uel in margine aspersisse uel singularibus libellis ei literarum generi operam dedisse. ex his glossematum scriptoribus, non ex ipso Verrio uel Festo Placidus uidetur hausisse, si quae huius cum Festo communia sunt, neque absurdum est opinari utrumque, Placidum dico et Verrium, eosdem ueteres glossographos adiisse. de ceteris uero grammaticis, quos supra enumerauimus, ex reliquiis eorum ualde exiguis nihil concludi potest.

Dicet aliquis glossographum nostrum Cornuti quoque et Plinii scripta consuluisse, cum sic scribat: '*Ingluuiem Cornutus uentrem, Plinius edacitatem*'. Plinii interpretationem

ex eius libris '*dubii sermonis*' petitam esse puto, in quibus etiam de raris uocabulis disputatum erat (u. Teuffel. l. c. 294, 2. 4.), Cornuti autem ex commentariis Virgilianis, praesertim cum in Virg. Georg. 3, 43. '*ingluuiem*' eodem casu positum reperiatur (u. Gell. 9, 10, 5. Charis. I 125, 16. 127, 10. K. Teuffel. 282, 2.). neque tamen crediderim Placidum ab ipso Plinio uel Cornuto illas explicationes petiisse, sed iam apud glossographos allatas deprehendisse atque hinc mutuatum esse.

Iam uero Kettnerus obseruauit, Suetonii quoque prata Luctatio et res et uerba suppeditasse (Zur Kritik etc. p. 14). id maxime factum est, ubi non prisca uerba, sed rerum uocabula originatione obscura aut explicatu difficilia exponuntur, ut *noctis partes*, *nomina mensium*, *senatus*, *clima*, *lacteus circulus*, *cuniculi*, *differentia inter iuuentus iuuentas iuuenta* etc. ac *noctis partium* quidem interpretationes, quales apud Isid. N. R. 2, 2. leguntur, ex Suetonii prato de natura rerum sumptas esse et Gustauus Beckerus iudicauit et Reifferscheidius assensus est (u. Beckeri praef. ad Isid. N. R. p. XXII., Reiffersch. quaest. Sueton. p. 429.). atqui Placidus in earum enarratione ad uerbum paene congruit cum Isidoro, nisi quod hic uoc. '*concubium*' omisit et '*diluculum*' a Placido crepusculo matutino praepositum ei postposuit. itaque cum in omnium fere rerum consensu haec differant, Kettnerus consequi dixit, hoc loco Isidorum non, quod alias saepenumero fecit, a Placido, sed utrumque a Suetonio res mutuatum esse. poterat addere, a Luctatio octo noctis partes poni, ab Isidoro septem aperte et dilucide enumerari. nobis igitur probabile uidetur esse, cum Suetonius septem noctis esse partes ipse statuisset et de aliorum sententiis uaria disseruisset, Isidorum numerum Suetonianum transscripsisse, Placidum autem paucis quibusdam rebus mutatis ex aliquo grammatico, quem Suetonius attulerat, '*concubium*' addidisse. dolendum est Placidi glossam de noctis partibus compositam in libro glossarum non exstare, praesertim cum in Placidi libris explicationes uocabulorum '*concubium*' '*intempesta*' '*diluculum*' nescio quo casu exciderint. ceterum non dubitauimus ex Isidoro '*intempesta*' supplere, quod s. u. '*diluculum*' fieri non oportere Kettnero adstipulamur. cum enim uterque sic definiat:

'Crepusculum matutinum inter abscessum noctis et diei aduentum', Isidoriana interpretatio diluculi *'quasi iam incipiens parua diei lux. haec et aurora, quae solem praecedit'*, aptissima uidetur, cum sit crepusculo postposita, uidebitur autem inepta, si eam, quod Placidi enumeratio postulat, crepusculo praemittas.

Item explanationes *mensium* s. u. *'ianuarius'* ad Suetonii auctoritatem referendae sunt. nam primum Censorinus c. 22., Seruius Georg. 1, 43., Macrobius Sat. 1, 11, 5. sq., Suetonii potissimum compilatores, rebus fere prorsus cum Placido consentiunt. tum quae Isidorus, Suetonii et ipse compilator, de februario maio iunio tradit, paene iisdem uerbis expressa apud Placidum leguntur. quod autem episcopus Hispalensis in orig. 5, 33, 4. addidit: *'cui eo mense sacrificabatur'*, et ibid. 5, 33, 9. *'ante enim populus in centurias seniorum et iuniorum diuisus erat'*, quodque apud Seruium Georg. 1, 43. eadem scripta sunt, dixerit aliquis, Isidorum glossis Placidi more suo hos quasi pannos e Seruio assuisse. at Isidorum uerba a Luctatio breuiandi studio praetermissa extrinsecus adiunxisse idcirco negem, quod necessitate quadam postulari uidentur. ex eis autem, quae Seruius et Isidorus de martio scripserunt, colligitur, Isidorum in mensium enarratione e Seruio non pependisse. hic enim dicit: *'Nouum uer ideo ait, quia anni initium mensis est martius'*, ille autem: *'Idem appellatur et mensis nouorum, quia anni initium mensis est martius. idem et nouum uer ab indiciis scilicet germinum, quia in eo uiridantibus fructibus nouis transactorum probatur occasus'*. quis est quin uideat, utrumque haec ex eodem fonte et Isidorum quidem pleniore haustu bibisse, id est ex Suet. Prat. lib. VIII, ubi de anno romano agebatur (u. Reiffersch. p. 432. Becker. praef. p. XXII.). ex eodem auctore Placidus sua deprompsit, ab illis non discrepans, nisi quod res in arctius contraxit. in ianuario describendo ille quidem ab Isidoro 5, 33, 3. diuersa tradit, sed in ceteris mensibus, quos breuius explicauit, cum eo congruit.

Pariter in descriptione *senatus* Luctatius Suetonium secutus esse uidetur. in glossariis quidem haec Placidi glossa deest, sed habent locum, cui in codice Vercellensi nomen Isidori

perperam additum est. hoc in loco omnia fere interpretationi Placidi conueniunt, nisi quod in Placidi libris haec sic leguntur scripta: '*hic elegit de exercitu suo seniores centum, quos senatores appellauit*', in glossariis autem sic: '*isti a Romulo electi sunt centum ex populo, qui ob aetatem senatores, ob similitudinem curae patres appellati sunt, eo quod sicut pater filiis ita prouiderent reipublicae*'. equidem non dubito, quin hic glossarii magni locus ad Suetonium, ex quo et alia in eum librum translata sunt, referendus et Placidus ibi quoque Suetonii breuiator sit putandus. iam uero Eutropius, qui et ipse saepe Suetonium exscripsit, nonnulla eisdem uerbis ac Placidus profert (1, 2.) et Isidorus 9, 4, 12. extrema glossae parte allata haec addit: '*quamuis autem senatoria quisque origine esset, usque ad legitimos annos eques romanus erat, deinde accipiebat honorem senatoriae dignitatis*'. haec uerbis antecedentibus tam arcte coniuncta sunt, ut uix aliunde hausta uideri possint. hinc sequitur, omnes quos diximus scriptores ex uno auctore id est e Suetonio alium alia hausisse.

De differentia inter *iuuentutem* et *iuuentatem* et *iuuentam* Placidus et Seruius Aen. 1, 590. et Isidorus D. V. 310 quam simillima tradiderunt, ita quibusdam et rebus et uerbis inter se differentes, ut neminem ex altero sed omnes ex eodem auctore hausisse appareat.

Si Reifferscheidius recte statuit, uerba Isidori N. R. 12, 3.: '*Clima cardo uel pars caeli, ut clima orientale et clima meridianum*', ex Suetonii pratis decerpta esse, Placidi glossa de climate composita ad eundem auctorem referenda est. postremo quae Isidorus de cuniculis, lacteo circulo, coturnis, mitra aliisque de rebus tradit, illa quidem cum glossis Placidi consentiunt, sed quasdam discrepantias habent ab Isidoro uix profectas, ut non sit absurdum conicere, utrumque ab eodem auctore id est a Suetonio pendere.

Neque uero desunt loci, in quibus Placidi cum Seruio sit aliqua propinquitas, u. *ancile* ap. Seru. Aen. 8, 664., *animales hostiae* Aen. 3, 231., *oracula* Aen. 2, 114., *pan* Ecl. 2, 31. alii sic sunt amborum communes, ut credere possis, ex eisdem antiquis thesauris eos petitos esse, cf. *fastus* ap. Seru. Aen. 3, 326., *pellacis* Aen. 2, 90., *spiris* Aen. 2, 217., *tonsae* Aen.

7, 28. praeterea quaedam apud Luctatium inueniuntur, quae non ualde diuersa exstant apud alios auctores, u. *latro* ap. Varr. L. L. 7, 752., *percam* ap. Varr. R. R. 1, 29, 3., *hostia uictima* ap. Front. D. V. 2204, 24. P., *cilones* ap. Charis. I 102, 1. K., *gerras* ap. Non. 118, 24. sed temerarium esset ex hac rerum quarundam similitudine colligere alterum ab altero pendere. nam multae res non possunt nisi similiter ab omnibus explicari.

Quae praeterea in libro glossarum Placido adscripta sunt, eorum aliqua, si modo iure Luctatio tribuantur, ad certos auctores referenda sunt, ut '*bucinus bucina*' ad Flauium de orth. 2243, 8. P., '*lego dicimus librum*' ad Serg. explan. in Don. 552, 26. K., '*capere*' ad Seru. Aen. 1, 396., '*melotis*' ad Eucher. instr. 2, 10., '*cyprus*' ad cantica canticorum 4, 4, 14., '*gaesatorum*' ad Oros. hist. 4, 13. differentia inter '*conscribere exscribere* etc.', quam Isidorus D. V. 99 e Placido sumpsit, apud Agroecium de orth. 2268, 17. P. legitur. denique glossis aliquot ad Virgilium interpretandum compositis magna cum Seruio cognatio est, uelut glossis '*exuri, foret, concilias, dies*', ut ex eodem fonte profluxisse uideri possint (cf. Seru. Aen. 1, 39. 1, 260. 1, 78. 2, 324.).

Ceterum mox alios scriptores et ipsos Placidi glossas ad usum suum conuertisse, cum illa praefatione ad anthologiam latinam, quam supra commemorauimus, cognoscitur, tum exemplo Isidori, qui multas earum in opera sua, inprimis in libros etymologiarum, modo integras modo breuiatas modo auctas transtulit. Isidorus autem eo genere librorum Placidi scriptorum usus est, quod auctoribus glossarii magni ad manum erat, cf. *caltulum, exsul, margo, cicindela, pullos* etc. atque etiam cum in Placidi libris s. u. *diuortium* recte differentia inter '*diuertit*' et '*deuertit*' statuatur, in glossariis autem locus ita sit corruptus, ut inter '*diuortit*' et '*diuertit*' distingui uideatur, Isidorus eodem codicis sui uitio deceptus in D. V. 147. inter '*diuortit*' et '*diuertit*' discrepantiam inepte posuit.

VI.

Qua ratione Placidus in glossis conscribendis usus sit.

Antiquos glossematum scriptores magna ex parte Placido et res et uerba suppeditasse uideri supra demonstrauimus. quem pauca nouasse ex eo sequitur, quod idem in Statio commentando integras saepe periodos ex aliis auctoribus transscripsit (cf. *futile* ap. Luct. Plac. Theb. 8, 298. et ap. Seru. Aen. 11, 339.), quodque loci e Suetonio deprompti, qui Placido cum Isidoro uel cum aliis communes sunt, paulum ab his differunt. glossemata quaedam ex uariis libris confusa uidentur, uelut ea quae s. u. *agoniae* composita leguntur. deinde Placidus cum de paganis loquitur, hoc uocabulum pro nominibus auctorum quorumuis gentilium, quae in libris inuenerat, uidetur posuisse. quod item a Seruio uidemus factum esse, qui '*aiunt alii*' uel '*alii putant*' similia scripsit, ubi eum auctorum nomina suppressisse e Macrobio aliisue perspicitur. Luctatium autem cum diligentia ac literarum scientia non ita magna rem suam egisse, multi loci argumento sunt. sic legimus: '*Indiges dicitur hemitheus, ut supra dictum est*', quamquam nusquam alias indigetum mentio facta est. inde sequitur Placidum illa uerba ex auctore suo integra asciuisse, nisi forte aliquam glossam de indigetibus scriptam excidisse statuendum est. neque adduci possum, in ueterum libris ita scriptum fuisse: '*Assiduos, capite censos, qui nihil dare poterant nisi prolem*', cum omnes ceteri scriptores assidui nomine locupletem significauerint, sed potius suspicandum est, cum in libris discrimen inter assiduos et capite censos expositum esset, Luctatium res commiscuisse.

Pro '*idace*' Kettnerus restituit '*antidhac*', '*caculabor*' et '*forbia*' nos scripsimus pro '*iaculabor*' et '*orbia*'. quae menda ipsi Placido tribuenda censeo, quod uocabula *idace, iaculabor, orbia* his literis, a quibus falso incipiunt, in utrisque libris inserta sunt. iam quae idem posuit: '*Palpitans est qui animam trahit. nam palpitrans non est latinum, potest tamen a palpebris uenire*', ita uix possunt intelligi. coniecerit aliquis, ab eo auctore, quem explicauit Placidus, scriptum fuisse

'*palpitrans*' seu '*palpetrans*', Luctatium autem, cum hoc uerbum antiquitate obliteratum ei parum latinum uisum esset, pro eo uocem usitatiorem '*palpitans*' posuisse: Varronem quidem '*palpetrae*' pro '*palpebrae*' usurpasse Charisius I 105, 14. K. testatur. deinde quod Placidus '*supellectile*' ut nominatiuum singularem posuit et '*enucleo*' secundae coniugationis esse dixit, ipsi uitio dandum esse puto, item quod analogiam uitium uel rectitudinem alicuius uerbi interpretatus est, cum sic fere dicere debuerit: '*Analogia est ratio similitudinis, unde cognoscitur uitium uel rectitudo alicuius uerbi*'. quae denique s. u. *factus* leguntur ne Placido quidem digna, ea aliunde inuecta esse idcirco crediderim, quod haec glossa ad Iesum Christum, qui caro factus est, uidetur referenda esse.

Librorum notae.

P	=	Placidi libri
C	=	codex Corsianus
H	=	„ Hamburgensis
R	=	Romana editio Maii
G	=	liber glossarum siue consensus codd. libri glossarum omnium uel plerorumque
b	=	codex Bernensis
v	=	„ Vercellensis
p	=	„ Palatinus
a	=	„ Bambergensis
m	=	„ Monacensis 14429.
r	=	„ Ratisbonensis 2. (nunc Monac. 13002.)
w	=	„ Windbergensis 1. (nunc Monac. 22201.)
ω	=	ceteri libri
Isid.	=	Isidori etymologiae
Isid. D. V.	=	Isidori differentiae uerborum
OP	=	Osberni Panormia (Class. auct. ed. Mai t. VIII).

Glossae LVCTATII PLACIDI GRAMMATICI IN PLAVTI COMOEDIAS.

Primo per A litteram.

Alumna ab alendo dicta. nam *et* quae alit et quae alitur, alumna dici potest, id est [nutrix] et quae nutritur et *quae* nutrit. sed melius tamen, quae nutritur.

Abuti et bene uti est et male uti.

Abnuere est recusare, abnegare. cui contrarium est adnuere, id est dare uel concedere.

Adsciuit sibi, adiunxit sibi alienum, quod non habuit.

Altriusecus non 'ex alto', sed 'ex altera parte'.

Abactus est, de medio sublatus est et raptus, unde latrones 'abactores' dicuntur.

Adhaesio bene dicitur ab eo, quod est haerere.

Aedituus, qui aedis est custos, et scribimus cum diphthongo. editissima uero loca monophthonga.

Alterutra pars, utraque pars.

Aethra generis feminini, et est locus, in quo sidera sunt, unde 'aetheria sidera' dicimus. ceterum aether generis masculini supra caelos est igneae inuisibilisque naturae, quem quidam deum magnum uel eius regnum dicunt.

---

1 Luctatii *C*: *om HR* | in Plauti comedias *C*: *om. HR* 3 primo *R*: *om. CH* 4 Alumna nutrix *G* | et, *item u.* 6. quae *reposuimus ex Isid.* 10, 3. 5 nutrix *P nos inclusimus cf. Isid. l. c.* 10 Asciuit *C* 12 est et *H*: est *R*, et *G* 15 Aeditinus *H*, Aeditubus *b* | quia aedis *b* 16 loca montosa *C* 18 Aethra *CR*: Aethera *HG. non satis liquet, utrum Placidus* aethra *scripserit an* aethera. | et est] est *H* 19 ceterum aethera *CH* 21 magnum deum aut *G*

4 alumna] = *Isid.* 10,3. *cf. Seru. Aen.* 4,72 *et* 11,33. *Non. p.* 243,30. *Caper p.* 2250,28. *P.* 7 abuti] *Plaut. Poen.* 5,4,27. *etc.* 8 abnuere] *Plaut. Truc. Prol.* 4. *Capt.* 3,1,21. 11 altrinsecus] *Plaut. Pseud.* 1,3, 123. 3,2,72. *et alias.* 12 abactus est] *u.* abactores *explicant Paulus Sent.* 5,18,1. *Seru. Georg.* 3,407. *Isid.* 10,4. 15 aedituus] *Plaut. Curc.* 1,3,48. *cf. Charis. p.* 75,18.*K. Varr. L.L.* 7,12. *et* 8,61. *Fest. Paul.* 13,6. *Gell.* 12,10,1. 18 aethra] *Isid.* 13,5,1. Aether (*al.* Aethera) locus est, in quo sidera sunt, et significat eum ignem, qui a toto mundo in altum separatus est. sane aether est ipsum elementum: aethra uero splendor aetheris, et est sermo graecus. *Apparet ex Placidi interpretatione, Isidorum uu.* aethra *et* aether *male confudisse. cf. praeterea Seru. Aen.* 3,585. *Isid. D. V.* 82. *Apul. de mundo* 1.

Aeuitas quidem potest dici, sed rarum est. in usu magis perpetuitas uel aeternitas dicitur. aeuum autem generis neutri est.

Auus pater patris est. proauus aui pater. atauus proaui pater. tritauus ataui pater.

Alterutrum aut hoc aut illud, aut utrumque significat. sed magis duas partes habet.

Alii scribimus singulariter datiuo casu, ut de Catilina Sallustius dicit: 'Multos iuuenum pellicebat diuersis inlecebris: alii scorta praebere, alii equos mercari, alii canes ad uenandum'.

Aruina, pinguedo.

Altilitate ab alendo, id est ipsa res, quae alitur.

Acti, coacti, compulsi.

Autumant, asserunt, confirmant uel adseuerant.

Auspicium est initium alicuius rei, quo primo sumit exordium, id est inchoatur ut fiat. est autem auspicium, quod aues uel animalia paganis auguribus demonstrant, unde futura noscuntur. sunt igitur bona auspicia, quae cogunt res inchoare, sunt mala, quae prohibent.

Actae dicuntur loca secreta circa mare, id est in litore, amoena et uoluptaria.

---

2 aut aeternitas *G* 6 aut hoc *G*: *om. P* | significat. sed *nos:* significationes *libri* 9 pelliciebat *R* 12 Aruina adeps aut pinguedo *G* 13 Altilitare *C*, Altili dote *Koch. uocabulum non uidetur sanum esse* 15 asserunt *G*: afferunt *C*, efferunt *HR* 16 quo *G*: quae *P* 17 est autem *C*: est et *HR*, et est *G* 18 uel animalia *G*: animalibus *P* | auguribus *HR*: auribus *CG* 21 Actae *a*: Acte *bv*, Actues *C*, Acta *R*

1 aeuitas] *cf. Varr. L. L.* 6,11. *Non.* 192,6. *Seru. Aen.* 6,764. 4 auus] *Plaut. Mil.* 2,4,20. *et Pers.* 1,2,5. Nam nunquam quisquam meorum maiorum fuit, Quin parasitando pauerint uentres suos, Pater, auos, proauos, abauos, atauos, tritauos. 8 alii] *Plaut. Mil.* 4,2,84. 4,8,47. *Truc.* 4,2,31. *cf. Neue, Formenl. d. l. Spr.* II *p.* 157. *Sall. Cat.* 14,6. Sed maxume adulescentium familiaritates adpetebat: eorum animi molles [aetate] et fluxi dolis haut difficulter capiebantur. Nam ut cuiusque studium ex aetate flagrabat, aliis scorta praebere, aliis canis atque equos mercari *etc.* 12 aruina] *Fest. Paul.* 20,19. Aruilla, aruina, id est pinguedo corporis. *Seru. Aen.* 7,627. Aruina secundum Suetonium in libro de uitiis corporalibus: 'Aruina est durum pingue, quod est inter cutem et uiscus'. Alii aruinae nomine laridum dicunt. *Isid.* 11,1,81. Aruina est pinguedo cuti adhaerens. *lib. gloss.* Aruina, caro ferina. *cf. Suet. Rel. ed. Reiffersch.* 272,1. 14 acti] *Seru. Aen.* 10,708. Actus, coactus in retia. *cf. eund. ad* 5,793. *et* 7,42. 15 autumant] *u.* autumare *passim ap. Plautum. cf. Gell.* 15,3,4. *Non.* 237,2. 16 auspicium] *Plaut. Men.* 7,9,88 *etc.* 21 actae] *cf. Seru. Aen.* 5,613 *lib. gloss. (p):* Actae, litora, loca amoena, *ibid.* Acta, ripa nemorosa, *ibid.* Acta, secessus amoenus.

Ansim uerbum est promissini modi, ut si dicas 'ansim dicere' 'ansim recitare': cuius est nerbi prima persona 'audeo' et dicitur ansim ausis ausit nel audebit.

Aesculus arboris nomen est glandariae, ab aesca dicta, quod ante usum frumenti haec arbor uictum mortalibus praebebat.

Arctos est stella ursae in septentrione posita. nomen est graecum, quia ursa graece ἄρκτος dicitur. ergo pro stellis septentrionalibus.

Amphitrite est dea maris, matrona Neptuni.

Alapari est alapas minari, id est foedam et superbam caedem; uel pro iactantia.

Adolcuit uerbum est, quod 'creuit' significat. adoleo enim est cresco, unde adulti dicuntur iuuenes in flore aetatis et in cremento ipso positi.

Admodum, ualde. aduerbium est comprobantis uel adprobantis.

Adorea, panis de adore et laus bellica.

Adsentiae, adsentationes, id est consensiones. ut si quis tibi aliquam rem dicat et tu illi adsentias, ipsae res adsentiae nuncupantur.

Achates lapis est ueluti galbani coloris in Achate, fluuio Siciliae, plurimum nascens, ad gratiam pertinens et Veneri consecratus.

---

2 ausim recitare *G*: ausum a cereritate *C*, ausim a cecitate *H*, *om. R* 3 et dicitur *pa*: et dicit *HRbv*, dicit *C* | audebit *nos*: audet *libri*, audeat *Klotz* 4 glandariae *bva*: glandiariae *P* | aesca *bvm*: esca *Pa* 8 pro stellis *scripsi*: procellis *CHbva* pro stella *R et margo H* | septentrionalibus *bva*: septentrionalis *CH*, septentrionali *R* 10 Amphitrites *CH* maris] matris *Ca* 11 et] aut *ba* 12 uel *G*: ut *P* 13 creuit *G*: ire *P cf. Non. b.c.* 14 in *om. CG* 15 et *om. C* | in cremento *CH*: incremento *RG*, *fort.* in incremento | ipso *om. G* 16 Admodum *addidi* | adprobantis *v*: probantis *P* 18 panis *CG*: laus *HR* | et *C*: id est *HRG* 19 consensiones *a*: consentiones *v*, consensio *Pb* 20 aliquam rem *C*: de aliqua re *HRG* | ipsae res *om. C* 22 galbani *G*: galuani *H*, gabam *C*, galbanei *R* 23 plurimum *G*: plurimo *P* | ad gratiam pertinens *om. G*

1 ausim] *Plaut. Poen.* 5,6,21. *Bacch.* 4,4,46. *cf. Fest. Paul.* 27,5. Ausis, audeas. *Seru. Georg.* 2,289. Ausim, ausus sim, audebo. *Prisc.* IX 482,16. *K.* 4 aesculus] *Seru. Georg.* 2,291. 7 arctos] *Isid.* 3,71,6. Signorum primus arctos, qui in axe fixus septem stellis in se revolutis rotatur. nomen est graecum etc. 13 adolevit] *Plaut. Cas. Prol.* 47. *cf. Fest. Paul.* 5,6. *Non.* 58,19. *Seru. Aen.* 1,704. *eund. Ecl.* 8,65. *Luctat. Plac. Theb.* 1,514. 16 admodum] *Plaut. Rud.* 1,5,11. *etc.* 18 adorea] *Plaut. Amph.* 1,1,38. *Plin. N.H.* 18 § 14. Gloriam denique ipsam a farris honore adoream appellabant. *ibid.* 18, § 83. *lib. gloss. (a)*: Adorea, gloria bellicae virtutis. *cf.* Adoria *p.* 7 19 adsentiae] *OP p.* 56. Assentiae, assentiones. 22 achates] *Plin. N. H.* 37, § 139. *Isid.* 16,11,1.

Analogia est uitium uel rectitudo alicuius uerbi.

Acipenser, genus piscis est raro inuentum id est nobile.

Asylum graece templum, ad quod si quis confugiebat, nefas erat extrahi, id est a non detrahendo spolium.

Aporria graecum nomen est. est autem affluxio uel deriuatio uel faeces uel reliquiae ac sordes elementorum, quae in aere purgantur. unde gignuntur in terra diuersa animalia, arbores, lapides et herbae.

Apage, abscede et uade.

Atqui, immo, etsi, sed.

Aiens, dicens. ita aio ais ait participium facit.

Ancile, scutum, quod olim apud Romanos caelo lapsum dicitur, sub Numa, rege Romanorum, breue quoddam et undique rotundum. unde omnia minora scuta ancilia dicuntur.

Aspellens, expellens.

Amiciter, amicabiliter.

Adsultantes, adsilientes.

Accipitres, equos celeres.

Abdomen, pinguedo carnium.

Aeae, interiectio.

Amoue, remoue.

Artemo, temo.

Aristophanes, nomen poetae.

---

1 uitium *R*: initium *CHG* 2 Accipenser *R* 4 trahi *libri. in a* ex *sup. scr.* | a *P*: *om. G* | non *om. P.* detrahendo *nos*: trahendo *libri* 5 Apona *C* | est *om. R* | deriuatio *r*: direuatio *H*, diriuatio *RG* 6 reliqui sordes *bv*, reliquae sordes *amw* | quae] quia *C* 8 herbae *P*: herba *bva*, rlq. *cr* 9 Apage te *Papias* 10 Atqui *P*: Adquid *G* | sed *P*: sit *G* 11 ita *p*: ut *P*, *om. bva* | facit *GH*: fecit *RHm.*2. 13 dicebatur *G* | quoddam *a*: quidem *PG* 17 amicaliter *bam* 18 Adsultantes *scripsi. cf.* Attrectant, Captabat, Resultant *etc.*: Adsultentes *H*, Adsulentes *CR* 20 Abdomen graece *G* | pinguedo *Rvr Papias*: pinguido *Hb*, pingĭtudo *m* 21 Aeae *bm*: Ae-ae *v*, Ae ae *a*, Aeu est *R*, Eu est *H* 24 Aristophanes] *glossam om. Mai*

1 analogia] *Locis, in quibus a grammaticis de analogia disputatur (Varr. L. L.* 8,23. *Gell.* 2,25,2. *ibid.* 15,9,4. *Prob. inst.* 47,22. *K. Seru. in Don.* 435,15. *Charis.* I. 116,30. *K. Diom.* II. 456,4. *K. Isid.* 1,28,1. *etc.), uerba Placidi non illustrantur.* 2 acipenser] *Macrob. Sat.* 3,16,4. Acipenser, qui admodum raro capitur, sed est piscis, ut ferunt, inprimis nobilis. *cf. Fest. Paul.* 22,13. *Plin. N. H.* 9 § 60. *Non.* 550,17. 3 asylum] *Liu.* 35,51. *Seru.* 2,761. 8,342. 635. 5 aporria] = ἀπόῤῥοια. *lib. gloss.* Aporria, nulnus, planta, ulcus. 10 atqui] *Plaut. Aul.* 2,4,8. *etc.* 12 ancile] *Varr. L. L.* 7,43. *Fest. Paul.* 131,7. *Seru. Aen.* 7,188. 8,664. *Isid.* 18,12,3. 16 aspellens] *u.* aspellere *saepius ap. Plaut., ut Trin.* 3,2,46. 17 amiciter] *Plaut. Pers.* 2,3,3. *cf. Non.* 510,22. *Prisc.* XV 70,20. *K.* 20 abdomen] *Plaut. Curc.* 2,3,44. 22 Amoue] *Plaut. Trin.* 3,3,70.

Antistant, meliores sunt.
Adstipulator, promissor.
Alliciendos, inliciendos uel persuadendos.
Amandata, extra mandata. amandari enim extra mandari est, quod proprie ad hominem refertur, ut si quis filium releget aut in longinqua transmittat.
Artissime commisit, artissime colligavit. commissurae enim coniunctiones dicuntur siue ligamina.
Auerruncassint, auellerint uel auerterint.
Allegans, deputans, eligens uel delegans.
Anquirens pro adquirens uel inquirens magis.
Adsciscenda, adiungenda,
Abrupta sanctio aperta lex dicitur.
Aere uitam ducit ac manu, id est pecunia manu collecta.
Auctrix ab augendo dicta est. auctor, ab auctoritate, generis est communis, ut hic et haec auctor.
Aerarium, templum, ubi pecunia publica ponitur.
Altrinsecus, hinc et inde, uel desuper. sicut extrinsecus dicimus ab eo, quod est extus, et intrinsecus ab eo, quod est intus.
Alternis, utrisque, hinc et inde, uel ex utrisque uicibus.

---

1 Antistant *P*: Autestant *G* 5 filium *nos scripsimus*: suum *G*: *om. P* 6 longinqua *P*: longinquo *bar*, longinquum *v* | transmittit *H* 7 Artissime *Rbva*: Aptissime *C*, Abtissime *Hbva* | commisit *G*: quo non sit *P* 8 dicuntur *om. C* 9 Auerruncassint *R*: Auerum casis *C*, Auer rum cassis *H*, Auerruncassit *G* | auellerint *HR*: auellerim *C*, auellerit *G* | auerterint *R*: auerterim *CH*, auerterit *G* 12 adiungenda *et* 13 abrupta *et* aperta *om. C* 15 Auctrix *Ha*: Autrix *Rv* | dictum *G* 19 est *om. R* 20 intus *H.* ex *supra* in *scr.*: exterius *G*, extra *R* | *et* om. *R* 21 utrisque *P*: utriusque *G*

4 amandata] *cf. Seru. Aen.* 3,50. 7 artissime commisit] *Non.* 248,21. Committere, coniungere, sociare. *de* commissura *u. Seru. Aen.* 9,675. *Isid.* 19,19,8. 9 auerruncassint] *Varr. L. L.* 7,102. Apud Pacuuium: 'Di monerint meliora atque amentiam Auerruncassint'. ab auertendo auerruncare, ut deus, qui in eis rebus praeest, Auerruncus. itaque ab eo precari solent, ut pericula auertat. *Non.* 74,20. Auerruncare, auertere. 10 allegans] *u.* allegare *passim apud Plautum* 11 anquirens] *Fest. Paul.* 22,7. Anquirere est circum quaerere. 12 adsciscenda] *cf.* Adsciuit *p.* 1. 16 aere uitam] *Kochius in hac glossa uersus septenarii partem superesse intellexit u. Rh. Mus.* 26,553. 15 auctrix] *Plaut. Trin.* 1,2,70. *Seru. Aen.* 12,159. Tale est et 'hic et haec' auctor, sed tunc cum ab auctoritate descendit, ut hoc loco. cum autem uenit ab eo, quod est 'augeo', et auctor et auctrix facit, ut si dicas 'auctor diuitiarum' uel 'auctrix patrimonii'. *cf. et Fest. Paul.* 29,1. *Charis.* I. 44,18. *K. Prob. Cath.* 12,28. *K. et Inst.* 128,17. *K. Phoc.* 1695,4. *P. Prisc.* V. 154,24. *K.* 17 aerarium] *Varr. L. L.* 5,183. *Fest. Paul.* 2,6. *Seru. Georg.* 2,502. *Aen.* 8,319. *Isid.* 15,5,3. 21 alternis] *cf.* alternae arbores *ap. Plaut. Trin.* 2,4,138. *et Seru. Aen.* 3,423. *Luct. Plac. Theb.* 1,410.

Absolutum bonum, id est perfectum.

Artaba genus mensurae Syra lingua.

Antelata, ante portata uel prolata aut dicta.

Adrogant, addunt.

Abrogant, detrahunt uel deducunt.

Ales, aquila. sed et omnes aues possunt dici alites.

Abuti duas res significat: modo contemnere et non uti, modo ualde et satis aliquam rem uti.

Adiuva me, adiuva mihi, utrumque potest dici, melius tamen ʻme'. adiuvo enim ʻillum' potius dicimus quam ʻilli', nisi forte dicas: ʻadiuva mihi onus', quasi releva mihi onus.

Ante me fugit dicimus, non ʻab ante me'. nam praepositio praepositioni adiungitur imprudenter, quia ʻante' et ʻab' sunt duae praepositiones. sic et ʻanteuadit' quasi antecedit. nam ut non possum dicere ʻinantecedit inanteuenit', ita et ʻab ante me fugit'.

Age aduerbium hortantis est, accipit autem ʻdum' et fit una uox ʻagedum'. est ergo ʻdum' hortatiua particula. uel pro ʻcito' aut ʻmodo'.

Amplexus autem et amplexatus recte dicimus. nam ab eo, quod est uerbum commune ʻamplector', participium facit ʻamplexus' praeterito tempore, et ab eo, quod est ʻamplexor', ʻamplexatus sum' facit, ut singula participia uerba sua separata habeant.

Anethum cum h scribi oportet.

Adlateratis palmulis, qui circa latera palmas gerunt.

Actutum, statim, continuo.

---

2 Artaa *C* 3 Antelatu *G* | ante portata *P*: anteposita *G* 4 Adrogant *G*: Abrogant *H*, Arrogant *R* 5 detrahunt *P*: adtrahunt *G* | dedicunt *P* 6 sed et *P*: uel *G* | alites *a*: ales *Pbv* 8 aliquam rem *P*: aliqua re *G* 9 dici potest *G* 10 potius *R*: *om.* *ω* 15 sic et *P*: sicut *G* | quasi] quam *C* 16 nam ut *ba*: ut *CH*, et *R* | ita et *G*: et *HR*, *om. C.* 18 Age *RG*: Ah *H*, *om. C* | hortantis *P*: obtântis *G* | accipit *CR*: Age accipit *H*, accepit *G* | autem *G*: aut *C*, *om. HR* 19 uox *HR*: par *C*, pars *G* | est *CG*: *om. HR* | hortatiua *C*: natiua *R*, actiua *H*, uel natiua *G* | uel *RG*: *om. CH* | pro cito *om. C* 20 aut *G*: ac *R*, *om. CH* | modo *om. C* 21 autem *P*: *om. G* | recte *P*: rite *G* 22 commune — quod est *G*: *om. P* 27 Adlateratis *a*: Adlateratim *bv*, Allaterati *P* | qui] que *bv*

2 artaba] *Rhemn. Fann. de ponder.* 89. Est etiam terris, quas aduena Nilus inundat, Artaba, cui superat modii pars tertia post tres. namque decem modiis explebitur artaba triplex. *cf. Isid.* 15,26,16. 6 ales] *Fest. Paul.* 3,5. 13 ante me fugit] *cf. Seru. Comm. in Don.* 440,12. *K.* 18 age] *passim apud Plautum. cf. Fest. Paul.* 23,12. *Seru. Aen.* 3,362. 6,343. *Prisc.* XV 86,17. XVIII 286,172. 238,2. *K.*

Ad manticulandum, ad dolum et strophas excogitandas.
Ad incitam, ad extremam fortunam.
Adbiteret, aduenirct.
Adoria, gloria uel bona fama.
Adorea, farrea, ut apud Virgilium.
Angrae, interualla aruorum.
Antica, quae ante in auguriis sunt.
Antiquare, ad statum revocare.
Armillum, nas uinarium. unde 'anus ad armillum'.
Antigerio uel admodum uel inprimis.
Aequabiles, aequales.
Alitos, nutritos.
Alimones, ab alimento.

---

1 maniculandum *G* | scrophas *C* | excogitandas *G*: excogitandum *P* 2 Ad incitam *H*: Adinatam *C*, Ad inatam *R*, Ad incitatam *Gloss. Amplon.* 3 Adbiteret *P*: Aduiteret *b* b *supra* u *scr.*, Aduiteret *va*, Aduerteret *p* 4 Adoria *HRbv Papias*: Adorea *Cm* 5 farra *libri* 6 Angre *HG*: Augere (*vel* Angere) *C*, Ancrae *R* | aruorum *nos cf.* Ancras *p.* 9: arborum *libri* 7 Antica *scripsi*: Antiquare *libri* | in auguriis *nos*: in augures *CH*, inaugures *R*, inte augeres *G* 8 alii antiquare *libri* 10 admodum *Klotz*: quemadmodum *libri*

1 ad manticulandum] *Fest.* 133,18. Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro saeculo fuit. unde manticulari dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant. inde poetae pro dolose quid agendo usi sunt eo uerbo. Pacuuius: 'ad manticulandum astu aggreditur. scit enim quid promeruerit'. 2 ad incitam] *cf.* Ad incitas *p.* 10 3 adbiteret] *cf. Plaut. Capt.* 3,4,72. adbites 4 adoria] *Fest. Paul.* 3,12. Adoriam laudem siue gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret. *Seru. Aen.* 10,677. Adoria laus bellica, quod omnes cum congratulatione alloquebantur eum, qui in bello fortiter fecit. *gloss. Labb.* Adoria, εἶδος σίτου, δόξα ἡ ἀπὸ τοῦ πολέμου. *cf.* Adorea *p.* 3 5 adorea] *Seru. Aen.* 7,109. Adorea liba. ador proprie est genus farris. liba autem sunt placentae de farre, melle et oleo, sacris aptae. *lib. gloss.* (*a*) Adorea liba, farrea libamina. *ibid.* Adorea liba, e farre facta. ador enim far dicitur. 6 angrae] *gloss. Isid.* Angrae, interualla arborum uel conualles. *cf. Fest. Paul.* 11,13. *et* Ancras *p.* 9 7 antica] *Fest. Paul.* 220,2. Denique et quae ante nos sunt, antica, et quae post nos sunt, postica dicuntur. *cf. Seru. Aen.* 2,453. 6,191. *eund. Ecl.* 9,13. 8 antiquare] *Fest. Paul.* 16,12. Antiquare est in morem pristinum reducere. 9 armillum] *Fest. Paul.* 2,5. Armillum, uas uinarium in sacris dictum, quod armo, id est humero, deportetur. *Non.* 547,11. *Lucil. ap. Non.* 74,10. Hinc ad me, hinc ilicet anus Rursus ad armillum. 10 antigerio] *Fest. Paul.* 8,5. Antigerio antiqui pro ualde dixerunt. *Quint.* 8,3,25 oppido quidem usi sunt paulum tempore nostro superiores, uereor ut iam nos ferat quisquam: certe antegerio, cuius eadem significatio est, nemo nisi ambitiosus utetur. 11 aequabiles] *Plaut. Capt.* 2,2,52. 13 alimones] *Papias*: Alimones, ab alimento, quo nutriuntur, dicti. *OPp.* 44 Alimones, nutritores, educatores, fotores. *cf. ibid. p.* 10.

Adulterina, adultera.
Abstemius, sobrius.
Abludam, paleam.
Adiumentum, adiutorium.
Additamenta, adiectamenta.
Andram, andronam.
Auido, cupido, unde auiditas, auaritia.
Adfurcillaui, subrui, labefactaui, concussi.
Adagione, prouerbio.
Autumant, dicunt, loquuntur.
Abiteres, abires. bitere enim ambulare significat.
Apud, ad.
Apluda, furfuribus milii pannicique.
Apaxte in dierectum, ἀπὸ τοῦ ἄπαγε dictum.
Ad penita, ad intima, id est penitus.
Axitionum, conspirationum, factionum.
Arsedentes, circumsedentes.
Antiis, capillis muliebribus, ante id est a fronte pendentibus.
Actutum, breui, festinanter, propere.

---

2 Abstemius sobrius *Pba*: Abstemios sobrios *bvmr* 3 Abludam *P*: Ablundam *G* 5 Additamenta *G*: Addimenta *HR*, Addumenta *C* 7 cupido *va*: cupio *Pbm*, cupis *C* | auiditas *P*: cupiditas *G* 8 Adfurcillaui *HR*: Adsurcillaui *C*, Affurcillaui *bva*, | subrui] sorbui *R* 9 Adagonie *G* 10 Autumat *H* 11 Abiteres *Klotz*: Abstiteres *Pa*: Abstiteris *bv* 13 Apluna *C* | furfuribus *G*: furfurinam *CH*, furfurina *R* | milii *Henschel*: alii *libri* 14 Apaxte *a et Fragm. Portense s. X*: Apax te *bv*, *om. P* | in dierectum *Kettner*: quasi ductam *R*, ductam *C*, ducta *H*, ductu *G* | a potu *P*: aput *b* | apage *C*: a grege *H*, πηγή *R*, uapage *b* | dictum *G*: dictam *R*, dicitur *C* 15 Ad penita *nos*: Apenita *PG*, Appenita *Papias* | ad *G*: ab *P* 16 Axitionum *Mueller*: Ad exiciarium *C*, Ad exitiarium *HR*, Aexitiorum *ba*, Ad exitiorum *vm* | conspirationum *RG*: conspirationem *C*, conspiratorum *H* | flactionem *C* 18 Antis *libri* | muliebribus *R*: mulieribus *ω* 19 prope *libri*

2 abstemius] *cf. Gell.* 10,23,1. *Isid.* 10,11. 3 abludam] *Fest. Paul.* 10,14. Apluda est genus minutissimae paleae frumenti siue panici, de qua Naeuius: 'non hercle apluda est hodie, quam tu, nequior'. *Plin. N. H.* 18 § 99. Mili et panici et sesimae purgamenta apludam vocant. *Gell.* 11,7,5. Legerat autem ille 'apludam' ueteres rusticos frumenti furfurem dixisse, idque a Plauto in comoedia, si ea Plauti est, quae Astraba inscripta est, positum esse. *Non.* 69,23. *cf.* Apluda *u.* 13. 6 andram] *Papias*: Andra, androna, uiarum concursus, angiportus *cf. Vitruu.* 6,10(7)5. 7 auido] *Plaut. Aul. prol.* 9. 8 adfurcillaui] *cf. uoc.* Furcillae *ap. Seru. Georg.* 3,389. *et Isid.* 20,14,11. 9 adagione] *cf. Varr. L. L.* 7,31. 11 abiteres] *Plaut. Rud.* 3,5,35 abitere. *cf.* Adbiteret *p.* 7. 12 apud] = *Non.* 522,17. *cf. Isid.* 1,27,3. 13 apluda] *cf.* Abludam *u.* 3. 14 apaxte] = *agite cf. Kettner. Herm.* 6,175 16 axitionum] *cf. Varr. L. L.* 7,66. *Fest. Paul.* 3,3 17 arsedentes] *cf.* Arueniet *p.* 11. *et Corssen, Ausspr. etc.* I, *p.* 89. 18 antiis] *Fest. Paul.* 17,5. Antiae muliebres capilli demissi in frontem appellati ex graeco uidentur. quod enim nos contra, illi ἀντίον dicunt. *cf. Isid.* 19,31,8. 19 actutum] *cf. Prisc.* XV. 89,10. *K.*

Aeque uident, non uident.

Assarium, nummum assis, Latini quasi figuram denarii dicunt.

Autne, quod 'anne' dicimus.

Annitas, adulta aetas. interdum senectus est.

Actum, iter uicinale quatuor pedes latum, qua iumenta agi possunt.

Aginam, scapum trutinae, quod eo mensura ponderis agatur.

Arceram, uehiculum in arcae modum confixum, non utique plaustrum id est carrum.

Ancras, conualles aut aruorum interualla.

Aginatorem, negotiatorem actus.

Abiugassere, abiungere, abducere.

Ad exodium, ad finem uel terminum.

Assiduos, capite censos, qui nihil dare poterant nisi prolem, unde et proletarii dicti sunt et assidui milites ab assiduitate officii.

Acceptorem salutis, qui salutatus est.

---

2 denarii *Hv*: denarium *bam* | dicunt denarii *R*   5 Annitas *HRr*: Anitas *Cbru* (*vel* Auitas *C*) | adulta aetas *Henschel*: adiutas *P*, adultas *bmr*   6 iter *Rb margo H*: inter *CHva* | uicinales *C* | qua *Cba*: quo *R*, qui *H*   8 Agina *G* | trutinae *R*: tritimane *H*, ericiane *G*   9 Arcera *R* | confictum *R*   11 Ancras *H*: Antes *CR*, Ancres 1 *cod. Vat. supra* Aucrae, Ancras *b* h *supra* c *scr.*, Anchras *cetera G* | aruorum *CH*: arborum *ω*   12 Aginatorem] *glossam om. Mai*   13 Abiugassere *Kettner*: Abiugare *P*, Abiugassi *b*, Abiugassis *v* | adiungere *P* | abducere *va*: adducere *P*, asducere *b*   14 exodium *cod. Scheftl.* 152 *cf. Kettner 'Zur Kritik' etc. p.* 13.: exodum *PG*   15 Assiduos *P*: Adsidos *bmr*

1 aeque uident] *cf.* Aeque quicquam *p.* 10   3 assarium] *Charis.* I 76,3. *K.* Assarius ab antiquis dicebatur, nunc 'as' dicitur, non 'assis'. *monendum uidetur sequiore aetate 'denarius' pro asse id est nummo aereo in usu fuisse. cf. Vopisc. Aur.* 9. *Macr. Sat.* 1,7,22.   6 actum] *Fest. Paul.* 17,13. Actus modo significant in comoediis et tragoediis certa spacia canticorum. modo iter inter uicinos quatuor pedum latum. *Pompon. Sent.* 8. *Dig. Tit.* 1 *leg.* 13. Sed si iumentum ea (uia) duci poterit, non etiam uehiculum, actus uidebitur acquisitus. *cf. Varr. L. L.* 5,22. 34. *Seru. Aen.* 4,405. *Isid.* 15,15,4.   8 aginam] *cf. Fest. Paul.* 10,3.   9 arceram] *Gell.* 20,1,29. Arcera autem uocabatur plaustrum tectum undique et munitum, quasi arca quaedam magna, uestimentis instrata, qua nimis aegri aut senes portari cubantes solebant. *cf. Varr. L. L.* 5,140. *Non.* 55,2. *Seru. Aen.* 1,744.   11 ancras] *cf.* Angrae *p.* 7   12 aginatorem] *cf. Fest. Paul.* 10,4.   13 abiugassere] *Class. Auct. ed. Mai* 6,501. Abiugassere, disiungere. *gloss. Philox.* Abiugassere, ἀποζεῦξαι.   14 ad exodium] *Fest. Paul.* 60,18. Exodium, exitum. *Non.* 27,12. Exodium est finis: a graeco tractum quasi ἔξω τῆς ὁδοῦ, id est extra uiam.   15 assiduos] *apud ceteros scriptores uocis significatio contraria est. cf. Cic. Top.* 2,10. *De Rep.* 2,22,40. *Fest. Paul.* 9,9. *Gell.* 16,10,11. 15. *Non.* 67,19. *Charis.* I. 75,8. *K.*   18 acceptorem] *cf. Plaut. Trin.* 1,2,167. *Truc.* 2,7,18. *gloss. Labb.* Acceptor, δοχεύς, ληπτής.

Auscultare, parere, obsequi, obedire.
Arnanti, frementi, murmuranti.
Ambulacris, locis, quibus ambulatur ex commodo.
Ad incitas, ad summam rerum perturbationem desperationemque.
Antegenitos, dogmate Pythagorae, qui negauit quemquam sapientiorem fuisse eo, qui nomina rebus imposuit.
Agrippae, qui pedibus editiore capite pariuntur.
Aegre, uix, paene non.
Arse uerse, prouerbium.
Auerruncando, abominando. *φυλάξαι* dicunt Graeci.
Altiboans, altisonans.
Auiditer, auide.
Adnictare, adridere, inuitare.
Agredulae, ranae paruae multum in sicco morantes.
Anate, sollicitudine, cura.
Aeque quicquam, nihil.
Artitus, artibus edoctus.
Asisua, petauro pernice.

---

1 Auscultari *G* 2 Arnanti *HR*: Arnami *C*, Armanti *G* | prementi *P* 3 Ambulacris *Pa*: Ambulatris *bvm* | ex commodo *G*: quoquo modo *P* 4 Ad incitas *RG margo G*: Adiunctas *CH* 6 Antegenitos *HRbpm*: Ante genitos *Cva* | dogmate *G*: dogmazare *HR*, docmandare *C* | Pythagorae *om. P* 8 Agrippae *CR*: Aeriptas *H*, Aegri partus *G* | qui pedibus *HRG*: quibupedibus *C* 9 Arse uerse *G*: Ars euerse *P* 11 Auerruncando *G*: Aberruncando *HR*, Aberrunxando C 12 altisonans *P*: alte sonans *rw*: ante sonans *bvm* | ut uirgilius. reboantque silue cicadas *addunt G* 13 Auiter *C* 14 Adnictare *b Paris.* 7646.: Adinctare *HR*, Adiutare *C* | inuitare arridere *G* 16 Sauate *margo H* 18 Artitus *RG*: Arcitus *CH* | artibus *RG*: arcibus *CH* 19 Asisua *R*: Assi sua *C*, Acisua *H* | et auro *C*

2 arnanti] *cf. Rh. Mus.* 1835. III *p.* 471. 473. 3 ambulacris] *u.* ambulacrum *ap. Plaut. Most.* 3,2,68. 134. *Fest. Paul.* 21,8. Ambulacra, ambulationes. *lib. gloss.* Ambulacrum, spatium ambulandi. *OP p.* 33 Ambulacrum, id est locus ad ambulandum spatiosus, quod etiam pro porticu dictum reperitur. 4 ad incitas] *Plaut. Poen.* 4,4,85 *etc. cf.* Ad incitam *p.* 7. 8 agrippae] *Plin. N. H.* 7, § 45. *Gell.* 16,16,1. *Non.* 536,27. *Seru.* 8,682. 9 agre] *Plaut. Asin.* 3,2,36. *Bacch.* 4,4,40. 10 arse uerse] *cf. Fest. Paul.* 15,18. 11 auerruncando] *cf.* Auerruncassint *p.* 5. 14 adnictare] *Fest. Paul.* 29,2. Adnictat, saepe et leuiter oculo annuit. *OP p.* 372: Adnictare id est cum palpebris innuere, sicut facimus designando aliquid cum palpebris. *ibid. p.* 54: Adnictare, nutum cum oculis facere. 15 agredulae] = *Isid.* 12,6,59. 16 anate] *Fest. Paul.* 29,9. *gloss. Labb.* Anas, γῆρας κατ᾽ ὀργὴν ϑεῶν. 17 aeque quicquam] *Donat. Andr.* 2,6,3. Aeque quicquam nunc quidem, hoc est nihil. 18 artitus] *Fest. Paul.* 20,14. *gloss. Labb.* Artitus, πάντεχνος, δαίδαλος. *OP p.* 43: Artite, ingeniose. 19 asisua] *Fragm. gloss. ed. Deycks Monast.* 1854. Asisua, fouea deceptionis animantium.

Animalibus hostiis, quarum animae diis sacrificantur.
Arcent, tenent, custodiunt, unde cohercere.
Attrectant, adtrahunt.
Apua, piscis minutus.
Aceris, palea miliacea.
Altrinsecus, ex altera parte.
Aeruscans, aes minutum *colligens*.
Accurate, † construens.
Arueniet, adueniet.
Austrare, humefacere, dictum ab austro, qui est pluuialis.
Adorans, alloquens.
Adorientes, aggredientes.
Arilla, coctione panniculario.
Acerata offula, furfuraceo pane.
Acu pedum, uelocitate pedum.
Ausculatus, osculatus.
Ambacti, serui.

---

1 quarum *Pa*: quorum *bv* 2 cohercere *R*: es hercere *H*, cocrcere *margo H*, cedere dicitur *G* 3 Attrectant *P*: Adtractant *G* | adtrahunt *bpa*: astruunt *P*, attrahunt *bm* 7 Aeruscans *HRG*: Aeruscns *C* | aes *HRG*: est *C* | colligens *addidit Mueller* 8 Accurate *CH*: Aiecunxte *b*, Augugurare *v*, *glossam om. Mai* | construens *P*: contrahens *G* 10 humefacere *RG*: ulme humide facere *C*, ulme facere *H*, humifacere *margo H* | pluuialis *P*: ualde pluuialis *v*, ualde pluuius *ba* 13 Arilla *libri*: Arillatore *Mueller* | coactione *P* 14 Acerata *R*: Acceratata *H*, Acera *uel* Acerra *G* 15 uelocitate pedum agmine *HG uoc.* agmine *videtur esse glossema et corruptum pro* acumine 16 Ausculatus *Rbv*: Ascultatus *CH* 17 Ambacti *Koch*: Ambi *G*, Amui *R*, Acnui *C*, Amu *H*

1 animalibus hostiis] *Macr. Sat.* 3,5,1. ... hostiarum genera esse duo, unum in quo uoluntas dei per exta disquiritur, alterum in quo sola anima deo sacratur, unde etiam haruspices 'animales' has hostias uocant. *Seru. Aen.* 3,231. Sunt autem hae animales hostiae, quae tantum immolantur [et caro sacerdotibus proficit]. 3 attrectant] *cf. Plaut. Rud.* 2,4,6. *etc.* 4 apua] *Fest. Paul.* 22,18. Apua, genus minimi pisciculi. *cf. Plin. N.H.* 31, § 95. 5 aceris] *gloss. Labb.* Aceres, σίτου λέπυρα. 6 altrinsecus] *cf.* Altrinsecus *p.* 1. 7 aëruscans] *Fest. Paul.* 24,7. *OP p.* 185. Aerusco, as, id est aera in unum colligere, sicut nunc nummularii faciunt. 9 arueniet] *cf.* Arsedentes *p.* 8 10 austrare] *gloss. Labb.* Austrans, νοτίζων, ὑγραίνων. 11 adorans] *Fest. Paul.* 19,5. *Seru. Aen.* 10,677. 13 arilla] *ad uoc.* Arillator *u. Fest. Paul.* 20,12. *Gell.* 16,7,12. 14 acerata] *cf.* Aceratum lutum *ap. Fest. Paul.* 20,10. 187,6. *Non.* 445,10. 15 acu pedum] *cf. Fest. Paul.* 9,13. *s. u.* Acupedius. *gloss. Labb.* Acupedium, ὀξυποδία. *ibid.* Acupedius, ὀξύπους. 16 ausculatus] *u.* ausculari *ap. Plaut. Mil.* 5,1,40. *etc. Fest. Paul.* 28,9. Ausculari dicebant antiqui pro osculari, quod est os cum ore conferre. *cf. Prisc.* I. 39,8. *K.* 17 ambacti] *Fest. Paul.* 4,13. 14. *gloss. Labb.* Ambactus, δοῦλος μισθωτὸς ὡς Ἔννιος. *Class. Auct. ed. Mai* 6,506. Ambi, serui, coloni, lixae.

Anus aestuosa, quod in modum aestuantis maris hauserit, id est biberit.
Altriplicem, duplicem, dolosum.
Ambronem, perditae improbitatis, a gente Gallorum, qui cum Cimbris Teutonisque grassantes periere.
Amussis, regula uel tabula, quibus utuntur artifices ad saxa. unde aduerbium diximus 'examussim'.
Agoniae, uictimae uel hostiae. hostia autem minor, uictima maior, quia icta cadit uel quia uincta ad aras perducitur. hostiae autem aeque ab hostimento id est aequamento, uel quod deorum mentes aestimentur iniquae, hostiae dictae ab eo, quod per illas sacerdotes futura nuntient. unde etiam antiqui peregrinos et pari iure uiuentes hostes dicebant, at eos, quos nunc hostes, duelles appellabant. Hostiarum autem *immolatione* deos aequos fieri, quod est propitios, † praeter antiquos agebant.

Glossae per B litteram.

Boni aequique facere, bono animo ferre.
Blattit, praecupide loquitur.

---

1 aestuantis *HR*: arci *C*, estuarii *G* 3 Altriplicem *Cba*: Altiplicem *HR*, Artiplicem *bva* | duplicem dolosum *G*: dolosum duplicem *P* 4 perditae *G*: probite *P* 5 crassantes *P* 6 Amussi. regulae uel tabulae *G* 9 ictu *G* 10 aeque *P*: *om. G* 12 unde etiam antiqui *CG*: unde et antiqui *H*, antiqui etiam *R* 13 peregrinas *CH* | hostes dicebant *R*: *om.* ω 14 at eos quos *scripsi*: adeo usque *libri* | nunc hostes — fieri *G*: *om. P* 15 immolatione *nos addidimus* 16 praeter antiquos agebant *libri. fort.* aiebant. praeter antiquos | Virgilius quoque in primo libro 'interea ad templum non aequae Palladis ibant' hoc est iratae, non ut plerique grammatici existimabant, 'non aequam' ideo, quod magis in Graecis quam Troianis fuerit. 'non aequam' ergo iratam dicimus *addunt G* 19 Blattit *RG*: Blactit *C*, Blatit *H* | praecupide *nos*: praecipue *PG*, perstupide *gloss. uat.*

3 altriplicem] *Fest. Paul.* 7,14. Alterplicem, duplicem. *gloss. Isid.* Musciputator, deceptor, alterplex. *Joannes Januensis*: Altriplex, animo duplex. 4 ambronem] *Fest. Paul.* 17,2. Ambrones fuerunt gens quaedam gallica, qui subito inundatione maris quum amisissent sedes suas, rapinis et praedationibus se suosque alere coeperunt. Eos et Cimbros Teutonosque C. Marius deleuit. ex quo tractum est, ut turpis uitae homines ambrones dicerentur. 6 amussis] *cf. Fest. Paul.* 6,9. *Non.* 9,12. *Charis.* II 198,26 *K. et* Examussim p. 37. 8 agoniae *Fest. Paul.* 10,5. Hostiam enim antiqui agoniam uocabant. *ibid.* 10,11. Agonias hostias putant ab agendo dictas. *gloss. Isid.* Agoniae, uictimae. *ibid.* Agonia, hostia. *gloss. Labb.* Agonia, ἱερεῖον. *ad uoc.* uictima *et* hostia *cf. Fest.* 371,8. *Ouid. Fast.* 1,335. *Fest. Paul.* 102,7. *Seru. Aen.* 1,334. 2,156. *Front. D. V.* 2204,24. *P. Isid.* 6,19,33. 19 blattit] *cf.* blattis *ap. Plaut. Amph.* 2,1,74 *etc. OPp.* 77. Blatire, impedite et perplexe loqui.

Batioca, patera argenti ad sacrificandum.
Bibinare, sanguine inquinare. bibinarium autem est sanguis, qui mulieribus menstruus uenit.
Boua, uehemens rubor. interdum genus serpentis.
Baburra, stulta, inepta.
Bouinator, tricosus et inconstans.
Baxae, calcei mulieris alti.
Buteonem, iuuenem.
Bolona, redemptor cetariarum tabernarum, in quibus salsamenta condiuntur, quas tabernas uulgo cetarias uocant.
Batos, herbae genus.
Baxeas, calciamenta.
Bulga, saccus scorteus.
Bibino, menstruo, id est fluore sanguinis.
Bubum, senium, languorem.
Burrae uarroniae, fatuae ac stupidae, a fabula quadam Varronis auctoris, quam Burras inscripsit. uel a meretrice Burra.

---

1 Bactioca *C* 2 Bibinare *R*: Binare *C*, Bibenare *H*, Bibilionare *G*, *fort.* Bubinare | sanguine *RG*: sanguinem *CH* | inquinare *amr*: inquinari *Pbv Papias*: | bibinarium *RG*: uininarium *H*, *fort.* bubinarium 3 menstruus *bv Papias*: menstruis *Par* 4 Boba *G*, Baba *C*, Boa *HR* 5 stulta *nos*: stultitia *libri* | inepta *G*: ineptia *P* 6 Bouinator *H*: Bobinator *Ra*, Babinator *C*, | inconstans] inconflatus *C* 7 mulieribus *rw* | alti *Pa*: altae *bv*, aptae *mr*, apti *w* 10 condiuntur *G*: conduntur *P* | quales *H* 13 scorteus *Klotz*: coreus *P*, corteus *b*, curtus *va* 14 Bibino *libri*: *fort.* Bubino | fluore *G*: fluuio *P* 15 languorem *Mai*: languor *Papias*, anguorem *uel* angorem *PG* 16 narroniae *scripsi*: uatroniae *P*, elatroniae *b*, claroniae *vp* | ac *a*: a *P*, hac *b*, 17 Varronis *nos*: Vatronis *R*, Vatroni *H*, butroni *b*, boroni *v* | actoris *G* | Burras *nos*: Burra *Pbp*: uarro *v* | scripsit *G*

1 batioca] *Plaut. Stich.* 5,4,11. 2 bibinare] *cf.* Bubinare *ap. Fest. Paul.* 32,1. *gloss. Isid.* Buuinare, sanguine inquinare mulieris menstruae. 4 boua] *Fest. Paul.* 30,13. Crurum quoque tumor uiae labore collectus boua appellatur. *Plin. N. H.* 24 § 53. Boa appellatur morbus papularum, cum rubent corpora. *cf. eund.* 28 § 244. 5 baburra] = *Isid.* 10,31. *OP p.* 79. Baburra alii pro stulta dicunt. *gloss. lat. gr.* (*Cangius*): Baburra, ἄφρων, μάταιος. ex Graeco βαβύρρας ὁ παράμωρος. 6 bouinator. *Non.* 79,25. Bouinatores, quos nunc malitiosos et tergiuersatores dicimus. *cf. Gell.* 11,7,7. *gloss. Isid.* Bobinatores, inconstantes. 7 baxae] *ap. Tertull. de Pall.* 4. in baxa. *de idol.* 8. Soccus et baxa. 9 bolona] *gloss. Isid.* Bolonae dicuntur, qui diuersa genera piscium uendunt. *gloss. Philox.* Bolonae, μεταπράται, παλιγκάπηλοι. 11 batos] *Fest. Paul.* 30,15. 12 baxeas] *Plaut. Men.* 2,3,40. *Isid.* 19,34,13. Baxeae calciamenta mulierum sunt. *Glossaire de Laon ed. par M. Haupt*: Baxeas, calciamenta feminarum, ut Varro dicit. *lib. gloss.* (*r*): Baxea, genus calciamenti mulieris, quas baccheas dicunt. *cf.* Baxae *u.* 7. 13 bulga] *Fest. Paul.* 35,1. Bulgas Galli sacculos scorteos appellant. *Non.* 78,2. Bulga est folliculus omnis, quam et crumenam ueteres appellarunt. et est sacculus ad bracchium pendens. 14 bibino] *cf.* Bibinare *u.* 2.

Bardum, hebetem, stolidum, brutum.

Bellica columna ante aedem Bellonae, quae Pyrri temporibus constituta dicitur, ut exeuntes ad bellum superiacerent eam hasta, ueluti conspecto hoste issent.

Bouinari, conuiciari, clamare.

Boni consultum, bene acceptum.

Byssus generis est feminini.

Babylona principale ciuitatis nomen est, ut Troia. Babylonia uero deriuatiuum, ut si dicas 'gens' aut 'aliqua species', ut Troia troiana. nam et 'Babylonem' et 'Babylonam' dicimus.

Beniuolentia et maliuolentia per i, non per e dicitur, quomodo 'benignus' et 'malignus', non 'benegnus' et 'malegnus'. saepe enim ex duabus partibus compositum nomen aut priorem aut sequentem litteram corrumpit. ideo 'beniuolentiam' dicimus. nam 'beneuolentia' crassum quiddam sonat.

Boa, quod ualde persequatur boues, unde et boa uocatur.

Balineum. in prosa ponimus 'balneum', in metro tamen utrumque facit.

---

1 brutum *scripsi*: bretendum *P*, bratendum *p* 2 Bellicam columnam *G* 3 ad *P*: in *G* 4 conspecto hoste issent *P*: conspectu hostis essent *G* 5 Bouinari *margo H*: Bombinari *P*, Bobinare *G* | conuiciari *HPapias*: combuare *C*, combicare *R*, conuiciare *G* 7 Bissus *libri* 8 Babylona *R*: Babilonia *Ha*, Babylonia *G* | Babylonia *RG*: Babilona *CH* 9 aliqua *G*: aliquas *P* 10 Babylonem *R*: Babilonae *H*, babylone *b cod. Germ.* | Babylonam *R*: Babilonem (babylonem) *Hb cod. Germ.* 12 et malegnus *om. Rb* 15 nam beneuolentia *bamr*: non beneuolentiam *HR* | quod crassum *R* | quiddam *R*: quidem *HG* 17 Boa animal est *G* (Boas *mr*) | persequatur *P*: persequitur *G* | boa uocatur *P*: nomen habet boa *G*

1 bardum] *Plaut. Epid.* 3,3,39. *Bacch.* 5,1,2. *Fest. Paul.* 34,8. Bardus stultus a tarditate ingenii appellatur . . . Trahitur autem a graeco, quod illi βαρδὺς dicunt. *cf. Non.* 10,3. *Cassiod. Orth.* 2299,16. *P.* 2 bellica columna] *Fest. Paul.* 33,8. Bellona dicebatur dea bellorum, ante cuius templum erat columella, quae bellica uocabatur, super quam hastam iaciebant, quum bellum indicebatur. *cf. inprimis Seru. Aen.* 9,53. 5 bouinari] *Fest. Paul.* 30,12. *cf.* Bouinator *p.* 13. 8 babylona] *cf.* babylona *p.* 15. 11 beniuolentia] *Isid.* 10,26. Beniuolus, quia bene uult. non tamen dicimus 'beneuolus', sicut nec 'maleuolus'. saepe enim ex *etc. Eutych. de disc. coniug.* 2152,12. *P.* A uolo uis 'beniuolus maliuolus'. *Beda Orth.* 2331,14. *P.* Beniuolus et maliuolus et malificus. *cf. Corssen*, *Aussprache etc.* I, *p.* 276. *Ritschl*, *opusc.* II, 561. 567. 17 boa] *Plin.* 29, § 122. 30, § 69. 138. 8, § 37. Aluntur (bouae) trimo bubuli lactis suco, unde nomen traxere. *Isid.* 12,4,28. Boas, anguis Italiae immensa mole, persequitur greges armentorum et bubulos. et plurimo lacte irriguis uberibus se innectit et sugens interimit. atque inde a boum depopulatione boas nomen accepit. *cf. Fest. Paul.* 30,13. 18 balineum] *Isid. D. V.* 75. Balineum et balneum. in prosa quotidiano sermone 'balineum', in uersu 'balneum' dicimus. *Charis.* I 99,3. *K.* Balneum ueteres dixerunt siue balineum, nihil enim differt, sed in priuatis. in publicis autem feminini generis.

Beli multi fuerunt, praecipue rex Assyriorum et Graecorum [aliter 'praecipue Babylone'].
Bitumen per b scribimus.
Blaterare, corrupte et perperam rem loqui, ut non magis fari quam sicut ebrius delirare credatur.
Bipatentia, bis patentia, bis aperta.
Barrire elephantorum est.
Bipennem, bis acutum. pennum enim dicimus acutum.
Babylona ciuitas, Babylonia uero prouincia.
Benedicentum melius quam benedicentium.
Balbutire male loqui et incongrue.
Biremis duorum remorum nauis ex unaquaque parte.
Bili, colera.

Glossae per C litteram.

Cucumis generis masculini, huius cucumeris. sed et 'cucumer' dicitur nihilo minus huius cucumeris faciens, ut uomis et uomer.
Chaos monoptoton est. facit enim hoc chaos huius chaos huic chaos o chaos et ab hoc chaos. sed Virgilius sua auctoritate praesumit ablatiuo: 'atque chao densos'.
Commata sunt particulae sine sensu Graece dictae, quae nexae faciunt cola. nam praecisus sensus comma dicitur,

---

1 Graecorum *CHG*: Babylone *R* 2 alter praecipue Babylone *CHb* (Babilonae *H*): et Graecorum alter *R* 3 Bittumen *b* | litteram scribendum *G* 4 Blaterare *CRva*: Blatterare *Hb* 5 fari quam sicut *nos*: fari secus quam *P*, pharisecus quam *b* | delerare *Rm* 9 Babylona] *glossam om. Mai* | Babylona *p cod. Germ.*: Babilonia *CH*, Babylonia *bv* | Babylonia *G*: Babilonia *H*, *om. C* | uero *G*: et *C*, *om. H* 11 Balbutire *Pm*: Balbuttire *cetera G* 12 duorum *a*: duarum *bv*, duum *P* 13 Bili *G*: Bilo *P* | colera *a*: colore *Pbv*, coles *bv* 15 sed et — cucumeris *G*: *om. P* 16 uomis et uomer *Pbv*: uomis uomeris *p* 18 hoc cahos *Ha* 19 huic chaos *om. R* 20 ablatiuo casu auctoritate praesumpsit *G* | caho *H* | densos diuum *G* 21 sine sensu *H*: sun *uel* sim *C*, sic *R*, sensuum *G* 22 nexae *HR*: noxae *C*, conexa *bv* | cola *HG*: colam *CR*

3 bitumen] *cf. Prisc.* XII 465,12. *K.* 4 blaterare] *Plaut. ap. Non.* 44,15. *Fest. Paul.* 34,2. Blaterare est stulte et praecupide loqui, quod a Graeco βλάξ originem ducit. *cf. Non.* 44,8. 6 bipatentia] *Seru. Aen.* 2,330. *ibid.* 10,5. 7 barrire] *Fest. Paul.* 30,7. *Suet. Rel. ed. Reiffersch.* 250,3. 9 babylona] *cf.* Babylona *p.* 14. 11 balbutire] *Non.* 80,11. Balbuttire est cum quadam linguae haesitatione et confusione trepidare. 13 bili] *Plaut. Amph.* 2,2,95 *etc. Isid.* 4,5,4. Choleram Graeci uocauerunt, quod unius diei spatio terminetur. unde et cholera id est fellicula nominata est, hoc est fellis effusio. Graeci enim fel χολήν dicunt. *gloss. Labb.* Bilis, χολὴ μέλαινα καὶ εὐτελής, χολή. 15 cucumis] *Plaut. Cas.* 5,2,29. *cf. Seru. Georg.* 4,122. 1,46. *Prob. Cath.* 24,30. *K. Prisc.* VI. 249,15. *K. Caper de uerb. dub.* 2248,18. *P.* 18 chaos] *cf. Prisc.* VI. 271,15. *K.*

ut apud Virgilium: 'arma uirumque cano' comma est. 'Troiae qui primus ab oris' comma est. 'Italiam fato profugus' item comma est. sic quousque peruenietur ad plenam sententiam, ut est: 'Lauiniaque uenit litora' id est 'illum cano qui uenit ad Lauinia litora'.

Compedes puto magis generis feminini esse, ut ad catenas referas. nam pedicae id est quae pedes capiunt, generis feminini sunt. unde et compedes, quae impediunt pedes, aut manicae reorum feminino dici debent genere. 'Grata continuit compede' Horatius dicit.

Condictum absolute dicendum. condictus uero aut dies aut locus.

Cucullus est generis masculini et declinatur 'cucullus cuculli cucullo cucullum cuculle a cucullo'. et pluraliter sic declinatur.

Contendunt, contentionem habent, uel prodocent, uel asserunt.

Corrigiae a coriis uocantur uel a colligatione quasi colligiae.

Culleus genere masculino geminato l dicitur. est autem uter ex corio factus, in quo parricidae cum simia et gallo et serpente inclusi in mare proiciuntur.

Catinum, uas fictile, melius neutro dicimus quam masculino. nam et salinum dicitur nihilo minus neutro uas aptum salibus. et melius sic dicimus quam catinus.

---

2 troiae qui primus ab oris comma est *G*: *om. P* 3 item comma est *om. G* | sic quousque *P*: sicque usque *G* | peruenietur *nos*: perueniet *P*, perueniatur *G* 7 referas *P*: refertur *G* 8 impediunt pedes *P*: pedes capiunt *G* 9 debent *R*: debeat *H*, debeant *G* 11 condictus uero *G*: condicta uero *R*, condictaue *H* 14 cucullo cucullum *Rbv*: *om. H* | cuculle *R*: o cuculle *G*, *om. H* | a cucullo *P*: cucullo *G* 16 prodocent *P*: perducent *bva*, perducunt *mr* 18 colligatione *Isid. l. c.*: collectione *R*, colectione *H* | colligiae *Isid.*: collige *P* 20 uter *G*: *om. P* 21 mare *Pa*: mari *bvm* | proiiciuntur *H*: proiciuntur. aliter praecipitabantur *R*, praecipitabantur *G* 22 Casinum *H* 23 uas *Isid.*: quasi *libri* 24 catinus et salinus *cod. germ.*

6 compedes] *Plaut. Men.* 1,1,4 *etc. cf. Non.* 28,2. *Isid.* 5,27,7. *Seru. Georg.* 1,307. 11 condictum] *Plaut. Curc.* 1,1,5. *Fest. Paul.* 39,1. Condictum est, quod in commune est dictum. *cf. eund.* 64,16. *et* 66,4. 18 corrigiae] = *Isid.* 19,34,13. *cf. Papiam*: Corrigiae a corio uel colligando quasi colligiae. sed melius docti deriuant a uerbo 'corrigere', quia corrigiae pedem uel potius calceamentum regunt. 19 culleus] *cf. Fest.* 60,7. *Non.* 197,22. *lib. gloss.* Culleus tunica ex sparto in modum eronis facta, quae liniebatur pice et bitumine, in qua includebantur parricidae. Cum simia, serpente et gallo insuti mittebantur in mare ut contendentibus inter se ipsis animantibus homo maioribus poenis afficeretur. 22 catinum] *Isid.* 20,6,5. Catinum uas fictile, quod melius genere neutro dicitur quam masculino, sicut et salinum dicitur uas aptum salibus. *cf. Varr. L. L.* 9,120. *Charis.* I 79,23. *K.*

Conspirare bene dicimus uel ad bonum uel ad malum.
Cribrum non 'cribrus', neutro genere magis dicimus quam masculino.
Coepta, incepta. composite mutat.
Cancri aestus melius dicitur quam κρύος. cancrarium enim putet quasi putescat ipse cancer.
Concordo et concordor, quomodo 'fabrico et fabricor'.
Combusserit geminato ss scribimus. facit enim comburo combussi.
Centurias partes exercitus dicimus in centenos milites diuisas, unde et qui his praesunt, centuriones dicuntur. ergo succenturiati sunt, non qui in prima, sed qui in secunda centuria sunt, quasi sub prima centuria. tamen instructi etiam ipsi et in speculis positi in bello sunt, ut, si primi defecerint, isti quos subesse diximus, laborantibus primis subueniant. unde et ad insidiandum ponitur succenturiatus quasi armis dolosis instructus.
Caelebs per b scribimus. sic hic caelebs caelibis caelibi hi caelibes accusatiuo caelibes uoc. caelibes. tres scilicet habet in numero plurali, et si etymologiam quaeras, caelebs dicitur quasi caelo beatus.
Censorium per i scribimus, non per e. est autem censorius, qui dignus est, ut sit censor uel qui iam fuit. apud ueteres enim Romanos magnum erat nomen censoris et dignitas, id est iudicis tam patrimoniorum quam morum. censere enim iudicare est.
Collocat melius dicimus per l. nam mollior et lenior sonus

---

2 cribrus *p*: ciribrum *P*, cribrum *b*, cibus *a* 4 incepta *Pa*: incoepta *bv* 5 cryos *P*: cancrios *b*, cancros *va*, *fort.* cancri κρύος | cantrarium *C* 7 concordo] *glossam om. Mai* 8 ss *Rbv*: s *H* 13 sub *HG*: pro *R* 14 ipsi et *Isid.*: ipsi *libri* 15 subesse *G*: sub se *P* | dicimus *C* 18 Celebs *P*: Celibes *G* | sic hic *G*: hic *H*, *om. R* 19 uoc. *R*: o *G*, *om. H* | scilicet *G* (casus *m*): s *P* 22 per i scribimus non per e *Rbva*: per s scribimus non per c *H*, per i non per e scribimus *mr* | autem *P*: antiquum *bva*, antiquum nomen *mr* 25 iudicialis *p* | patrimoniorum *p cod. Germ.*: primorum *Rbua*, praemiorum (patrimoniorum) *sic H* 27 nam *R*: *om. HG* | lenior *H*: leuior *R*, procliuior *G*

2 cribrum] *Plaut. Rud.* 1,2,14 *etc.* 4 coepta] *cf. Bed. de orth.* 2332,35. *P.* 5 cancri aestus] *Locum sic intelligendum esse arbitror: Significantius* 'cancri aestus' *dicitur quam* 'κρύος' *id est frigus, eo quod huius ulceris calore efficitur, ut cancrarium id est canceroma aeque foeteat, ac si ipse cancer id est animal putrescat.* 10 centurias] = *Isid.* 9,3,48. *cf. Fest. Paul.* 53,12. *Non.* 520,4. 18 caelebs] *Plaut. Cas.* 2,4,11. *etc. Fest. Paul.* 44,5. Caelibem dictum existimant, quod dignam caelo uitam agat: *cf. Isid.* 10,34. *et* Caelibatus *p.* 18. 22 censorium] *cf. Isid.* 9,4,13. *et* Censores *p.* 23 27 collocat] *Plaut. Men.* 5,6,1.

est. interdum enim praepositio praecedens sumit litteram sequentis uerbi.

Censura animi est, non corporis. ideo melius membrorum decorem aut pulchritudinem dicimus quam censuram. tamen quia in usu censorium hominem dicimus pulchrum, sic potest et ad pulchritudinem referri.

†Carocophilum sic scribimus, quod uulgus 'cariopholum' dicunt.

Caroenum sic scribimus per o.

Cyathum autem cum h scribi oportet.

Caelebs, generis communis.

Caedrus cum a scribi oportet.

Caruasa per u scribi oportet.

Caelibum cum a scribi oportet.

Cassis et retia dicitur et galea capitis. sed hoc differt, quia retia 'huius cassis' facit, galea uero 'huius cassidis', quamuis quidam nominatiuum 'haec cassida' dixerunt.

Capessitur non per sc, et est uerbum impersonale, ut 'legitur'. prima autem uerbi persona est capesso. est autem uerbum actiuum. facit enim capesso capessor, ut lego legor.

Caelibatus appetitio castitatis eius, qui habere non uult uxorem. caelebs enim dicitur, qui sine uxore est, quasi caelo beatus.

---

5 sic potest et *P*: potest hec *G* 7 Carocophilum *HR*: Corocophilum *C*, Careofilum *G immo* Caryophyllum | uulgus *CR*: uulgo *HG* | cariopholum *H corr.*: cariophalum *R*, cariophilum *C*, auriofolum *b*, cariofalum *vpa* 9 Caroenum *G*: Caro enim *P* | per a *C* 10 Cyathum *p*: Chyatum *R*, Chiatum *H*, Cihatum *bam*, Cyathtum *v* | autem *om. G* 11 Caelebs *HG*: est autem *R glossam Mai hoc loco omisit et adiunxit s. u.* Caelebs *p.* 17. 13 Caruasa id est uela nauis *G hanc glossam et ipsam om. Mai hoc loco et posuit in Class. Auct.* 6,556. 14 Caelibum *H*: Celibi *bv. glossam om. Mai* 17 cassida dixerunt *R*, sassida dixerint *H*, sic dixerunt haec cassida *bva* 18 Capescitur *H* 21 caelibatus] *Mai hanc glossam uocabulo* Caelebs (*cf. p.* 17) *postposuit.* appetitio castitatis *HG*: *om. R.* | eius *nos*: qui eius *H*, enim *R, om. G* | habere non uult uxorem *G*: non habere dicitur uxorem *H, om. R.* 22 qui sine uxore est quasi caelo beatus *om. H*

3 censura] *lib. gloss.* Censura, decus uel pulchritudo. 7 carocophilum] *Plin. N. H.* 12, § 30. Est etiamnum in India piperis grani simile quod uocatur caryophyllon, grandius fragiliusque. tradunt in Indica loto id gigni. aduehitur odoris gratia. *etc.* 9 caroenum] *cf. Isid.* 20,3,15. Carenum, eo quod feruente parte careat. tertia enim parte musti amissa, quod remanserit, carenum est. 10 cyathum] *Plaut. Pseud.* 4,2,2. 13 caruasa] *Cassiod. de orth.* 2301,9. *P.* Ua syllaba in medio nominis posita per u scribetur, ut 'auarus caluare', praeter 'carbasum', quod nomen graecum magis quam latinum arbitror. 15 cassis] *Plaut. Trin.* 3,2,100. *cf. Prob. Cath.* I 28,23. *K. Charis.* I 103,15. *K. Seru. Aen.* 11,774. *Prisc.* VI 218,15. *K. eund.* VI 251,3. *K.*

Columen uel sanitas uel sustentaculum, quia a columna fit.

Calcaria sunt aculei, qui in calce hominis ligantur, id est in pedis posteriore parte, ad stimulandum equos, quibus aut pugnandum est aut currendum, propter pigritiam animalium aut timorem.

Coturni sunt tragica calciamenta, quibus calciantur tragoedi qui in theatro dicturi sunt alta et intonanti uoce. est etiam secundum calciamenti genus humile quidem in modum crepidarum, quo heroes utuntur, sed tale est, ut in dextro et in laeuo pede conueniat.

Clima graecum nomen est, id est cardo uel pars caeli, ut clima orientale.

Casus Empedocleos. Empedocles philosophus Agrigentinus id est Siculus, qui cum lacum Aetnae montis inuestigare contenderet, decidit in igneam foueam et incendio consumptus est.

Comitia dicuntur, quae fiunt Romae ad creandos magistratus Kalendis Ianuarii in campo Martio, ad quae omnis populus romanus et uniuersae conueniunt dignitates. et de Italia ergo ad summa comitia sunt conuentus necessarii nimis.

Concrepare coniuere, unde discrepare dissentire.

Cirrhearum, quod aiunt inspirationum.

Camaram, curuam.

---

1 dispercite] *Fest. Paul.* 60,5. Comperce pro compesce dixerunt autiqui. *lib. gloss.* (*b*): Disperci, separari. 2 dididit] *Seru. Aen.* 8,132. Didita fama, diuulgata. 7 delicuisse] *cf. Plaut. Cas.* 2,6,47. 8 degluptus] *cf. Plaut. Poen.* 5,5,33. 13 dedere se] *Plaut. Amph.* 1,1,103. *etc. cf. Isid.* 9,4,49. 18 defaecere] *cf. Plaut. Most.* 1,3,2. *Non.* 454,22. 20 discrimen] *Non.* 282,14. Discrimen rursum diuisio, separatio, a discernendo. unde et discerniculum dicitur acus quae capillos a media fronte disseparat. *Varr. L. L.* 6,81. Hinc capilli descripti quod finis uidetur, discrimen. *Seru. Aen.* 11,114. Discriminat, diuidit. unde et discrimen capitis muliebris dicitur, ex eo quod caput auro discernat.

Glossae per E litteram.

Elephans nulli dubium est quod per p et h solidum scribitur, quia non per f. similiter et elephantus.

Et pro fratre patior dicimus et 'propter fratrem', sed si uolens, pro fratre, si inuitus, propter fratrem.

Expers, carens. exspes sine spe, et est nomen. expertus autem participium est. espes uero sine x nihil est.

Expetiuit dictum pro 'satis petiuit' et 'inimicissime ac uehementer adnisus est'. ex enim pro ualde ponitur.

Euge aduerbium laudantis uel hortantis.

Erebus per b, non per u. est autem maritus Noctis paterque Furiarum et socius Chaos.

Eques est qui equo sedet. equester locus uel ordo, ut si dicas: 'ille honor equester est'. item 'militat in equestri loco'.

Exultat melius sine s littera dicimus. nam cum ipsa x ex c et s constet, quomodo, cum in ea sit iam s, rursus ei addimus aliam?

Excrementum quod in aliqua re super excrescit, ut puta in arboribus ea quae putantur, excrementa dicuntur. ut in uitibus et in corpore, si quid excreuerit, excrementum dici potest. Excreamentum uero, quod expuimus uel excreamus, habetur. item creamentum uirile, unde animalium et hominum corpora concipiuntur. hinc creatores parentes dicuntur.

---

2 Elephanus *C* | per *om. R* | et h *HRp*: et per h *C* | solidum *CG*: soli solitum *H*, solitum *R* | scribitur *CH*: scribatur *G*, scribi *R* 3 quia *bv*: qui *C*, quam *Ha*, *om. R* | non *om. G* | similiter et elephantus *G*, *om. P* 3 Et pro fratre patior] *hanc glossam Mai posuit s. lit. P* | Et *G*: *om. R*, ut *CH* | patior *mr*: potior *Hva*, potius *C*, *om. R* | fratrem *RG*: fratres *CH* 6 Expers et expes. expers carens *etc. G* 7 Espes *C*: Esper *HR*, es. pers *b* 8 Expetiuit *G*: Expiauit *P* | uehementer *P Isid.*: uehementissime *G* | ex — ponitur *P Isid.*, *om. G* 12 cahos *H* 16 dicimus *P*: scribitur *G* 17 sit iam s *b*: sic iam *H*, sit iam *vam*, iam sit s *R* 18 adicimus *G* 19 supercrescit *G* 22 Excreamentum *CR*: Excrementum *HG* | expuimus *G*: spuimus *P* 23 creamentum *C*: scrementum *H*, sementum *R*, crementum *Isid.* 9,5,5. sementem *G* | uirilem *G*

2 elephans] *passim ap. Plautum* 8 expetiuit] *Plaut. Most.* 4,1,4. *etc. Isid. D. V.* 443. expetiuit (ponitur) pro satis petiuit et inimicissime ac uehementer adnisus est. ex enim pro ualde ponitur. 10 euge] *Plaut. Trin.* 3,2,79. *etc.* 13 eques] = *Isid. D. V.* 195. *id.* 9,3,35. 16 exultat] = *Isid.* 1,27,5. *Bed. de orth.* 2234,15. *P.* 19 excrementum] *OP p.* 193. Excrementum quod supercrescit, sicut ungues. *ibid. p.* 201. Excreamentum, sputum. *cf. ad uoc.* creamentum *et* creatores *Isid.* 9,5,5. 11,1,15.

Examussim uno m in antepaenultima.
Expudet est quasi ualde pudet.
Eous est homo de oriente. eos aurora uel lucifer, interdum et pro sole ponitur, ut apud poetas.
Equus in tutela Neptuni inuentoris sui est.
Euphonia uocis sonus suauis.
Emispheria, dimidia sphaerae.
Enixa duas res significat: et conata ad efficiendum aliquid et quae partu liberata est mulier. niti enim uel eniti 'conari' uel 'efficere' est.
Ergasterium graecus sermo est, id est operarium, ubi opus fit, uel taberna, ubi alicuius operis exercitia geruntur.
Examussim, integre, sine fraude. amussis enim dicitur regula uel mensura fabrilis.
Ex re, ex causa, ex ratione, quae agitur.
Exerte, prolate. exerere enim proferre est uel expedire.
Ergastula dicuntur a graeco, ubi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum, ut solent gladiatores et qui, puta exules, marmora secant et tamen uinculorum custodiis alligati sunt.
Epitheta sunt, quae nominibus apponuntur. est autem graecum, ut puta 'magnus homo' 'doctus philosophus'.
Eulogium. eulogia laudes electae summatimque collectae,

---

1 Examussim *R* | ante penultimam *R* 2 est *HR*: ex *C* | ualde *H*: *om. CR* 3 eos *H*: ἕως *R*, ex *G* 5 sui *R*: eius *H* 7 Emiphèria *R*, Emiferia *H* | dimidia sphaerae *nos*: dimidias fere *H*, dimidia sphaera *R* 9 liberata *G*: laborata *P* 12 fit *Rba*: sit *Hv* 13 mussis (musis) *libri* | dicimus regulam uel mensuram fabrilem *G* 15 E re *G* | causa *G*: casu *P* 16 et expedire *C* 17 deputantur *Isid. l. c.*: daminautur *H*, damnantur *R* 21 opponuntur *H* 22 magnus et doctus epitheta sunt *add. G* 23 Eulogium *C*: Elogium *HRG* | eulogia *C*: alogia *H*, elogia *RG* | summatimque collecte *G*: *om. P*

5 equus] *cf. Seru. Georg.* 1,12. 7 emispheria] *Isid.* 3,43,1. Hemisphaerium dimidia pars sphaerae est. *OP. p.* 195. Emisphaerium, dimidia sphaera. 8 enixa] *Non.* 57,13. 297,10. *Charis.* I 375,10. *K.* 11 ergasterium] *Isid.* 15,6,1. 13 examussim] *Plaut. Amph.* 2,2,213. *etc. Fest. Paul.* 80,19. Examussim, regulariter. amussis enim regula fabrorum est. uel, ut alii uolunt, ferramentum, quo in poliendo utuntur. *Non.* 9,3. Examussim dicitur examinate ad regulam uel coagmentatum. est enim amussis regula fabrorum, quam architecti, quum opus probant, rubrica illinunt. *Charis.* II 198,24. *K.* Examussim Plautus in Amphytrione 'examussim est optima', ubi Sisenna 'pro examinato' inquit. amussis autem est tabula rubricata, quae dimittitur examinandi operis gratia, an rectum opus surgat. *cf.* Amussis *p.* 12. 16 exerte] *Isid.* 10,82. Exertus in loquendo expeditus. exerere enim proferre uel expedire est. 17 ergastula] = *Isid.* 15,6,2. 23 eulogium] *cf.* Eulogia *p.* 40.

ut puta, si quis in basi statuae alicuius laudes scribat aut in titulo imaginis, eulogia dicuntur.

Exoticum nomen est graecum id est peregrinum, de foris ueniens. dicimus enim 'exoticum uinum', 'exoticam uestem', 'exoticum mancipium'.

Exerat, proferat. primum uerbum est 'exero' actiuum. facit enim 'exeror' passiuum. et nomen est 'exertus'.

Echini animalia sunt, quae in litoribus gignuntur parua, quorum caro minio similis et dulcis est et duplex testula, spinis aculeata in modum castanearum, quando adhuc opertae de arboribus cadunt.

Essentia dicta ab eo, quod 'est' aliquid, ut si dicas 'substantia'. et est generis feminini.

Effutire, foras aliquid effundere uel producere cum garrulitate. dicimus enim futiles homines uanos, superfluos et loquaces. et est metaphora a uasis, quae quassa et rimosa non tenent quae inieceris.

Echo graecum nomen est. est autem imago uocis, quae in concauis locis resultat offensa ac resonat .... appellatus est autem, ut Herculem, Liberum patrem, Castorem et Pollucem pagani dicunt.

Eo ingenio, eo natura [omnia generans]. ingenium pro natura posuit.

Ephebi, imberbes.

Exanclare, exhaurire, a graeco ueniens, quod quidem uerbum Plautus, saecularis poeta comicus, posuit in Sticho: 'ne iste edepol uinum poculo pauxillulo saepe exanclauit'.

---

1 basi *CR*: basis *H*, base *G* 2 eulogia *C*: elogia *ω* 3 *fort.* Exoticum nomen graecum id est *etc.* 8 Echini *RPapias*: Ecini *G*, Etini *H* 9 minio *RPapias*: mineo *Hbva* | est et *R*: est *HG* 10 adhuc opertae *om. G* 14 foris *R* 16 quae *HG*: quia *R* | quassa et *G*: uasa *P* 17 ingesseris *p* 19 offensa *RG*: ostensa *CH* | appellatus est — dicunt *om. Mai* 20 autem *G*: *om. CH* | liberum *G*: *om. P* 22 omnia (omnis *G*) generans *CHG*: *om. Mai* 26 posuit ita *G* 27 edepol uinum *Plautus*: edepol uini *R*, de poluini *H*, de polluine *G* | poculo *Ra*: pauculo *H*, paulo *G* | pauxillulo *R*: pauxilolo *H*, pauxilluli *G* | exanclauit *R*: exaclaui *H*, exanclaui *G*

3 exoticum] *Plaut. Epid.* 2,2,48. *etc. cf. Non.* 108,1. 540,19. 8 echini] *Isid.* 12,6,57. *Plin. N. H.* 9 § 100. 12 essentia] *Quint.* 2,14,2. 8,3,13. *et* 3,6,23. *Οὐσία,* quam Plautus essentiam uocat. neque sane aliud est eius nomen latinum. *Senec. ep.* 58. Cupio, si fieri potest, propitiis auribus tuis essentiam dicere, sin minus, dico et iratis. Ciceronem auctorem huius uerbi habeo, puto locupletem. si recentiorem quaeris, Fabianum disertum et elegantem, orationis ad nostrum fastidium nitidae. *cf. Sidon. ep. praef. carm.* 14. *Isid. D. R.* 4. 14 effutire] *cf. Non.* 103,18. *Isid.* 10,110. 22 eo ingenio] *cf. Plaut. Pseud.* 1,2,5. 25 exanclare] *Plaut. Stich.* 1,3,115. *cf. Fest. Paul.* 80,13.

Erugo saepe uitium ferri, ab erodendo dicta, non ab aeramento.

Euentus ipsa res. euenta autem dicuntur, quae ab euentu ueniunt.

Experimini, experimentum capite.

Enormia, grandia uel ingentia.

Exedra, absis quaedam separata modicum quid aut a praetorio aut a palatio.

Ex phenicea bysso, ex panno roseo.

Exciuit excitauit. excitur, excitatur.

Ex specula spectans, ex alto loco intendens.

Exerte, indissimulanter atque ostentabiliter. exerti autem dicuntur, qui uirtutem exerunt et in promptu habent.

Euacuans, exinaniens.

Eguisse, indiguisse.

Enucleo, perpendo, examussim inquiro. et est uerbum secundae coniugationis.

Expopulariter iactas et te apud populum uel more populi uulgoque os iactas.

†Equirium, multitudo collecta et in unum congregata.

Eliminare, extra limen proferre uel publice secretum quid dicere.

Et per hostiam lustratum, per sacrificium purgatum.

Exsuperantissimus, inexsuperabilis.

Efficientia, effectio, ab efficiendo dicta.

Exsul dicitur, qui extra solum est. ideo cum s debet scribi, ut est ...

Extirpata, a radice subuersa.

---

1 aeramento *R*: eromenta *CH* 3 ab euenta *H* 7 Exedra *vp*: Exedram *Pba* 10 exiturum excitaturum *G* 11 exspectantes — intendentes *G* 14 exinaniens *H*: exinanians *R*, exinaniens uacuum reddens *G* 16 examussim *Cb*: examussio *HR*, examino *p* | dae̊ *H*, secundae *ω* 18 Expopulariter *HR*: Expopularint *C margo H*, Epopulariter *G* | et te *CHG*: id est *R* | populi *HR*: populum *CG* 19 uolgoque os *H*: uulgaes *C*, uulgoque *R*, more *b*, *om. cet. G* 20 Equirium *H*, Exquinam *C*, Equininam *R*, Equiniam *margo H*, Ecquinna *uel* Ecquina *G* 25 efficiendo *G*: faciendo (facienda *C*) *P* 26 Exsul addito s debet scribi. quia exsul dicitur qui extra solum suum est *G* 27 est *P*: en *G* 28 Exstirpata *R*

1 erugo] = *Isid.* 16,21,5. 3 euentus] = *Isid. D. V.* 184. 7 exedra] *cf. Non.* 107,5. 10 exciuit] *Plaut. Trin.* 5,2,52. *etc.* 11 ex specula spectans] *Varr. L. L.* 6,82. Specula, de quo prospicimus. *cf. Non.* 434,13. 16 enucleo] *cf. Prisc.* XII 469,26. *K.* 20 equirium] *uidetur aut corruptum aut a Placido perperam explicatum. aliter enim u.* equiria *interpretantur Varr. L. L.* 6,13. *et Fest. Paul.* 81,12. *cf. Ouid. fast.* 2,859. 23 et per hostiam lustratum] *cf. Non.* 335,12. *s. u.* lustrare.

Exalbidas non 'albas', sed 'prope albas'.

Emissarius, flagitiorum et luxuriae satelles. satelles autem a satisfaciendo dictus.

Explicit ad librum refertur. explicuit autem et explicauit ad hominem, ut si dicamus 'explicit liber' 'explicuit homo opus suum'.

Extemplo, subito, continuo, ilico.

Eulogia, laudes enucleatae. item arcana uel mysteria deorum.

Edulia, cibus uel esca, ab edendo dicta.

Euitare est locum aut hominem periculi ac formidinis plenum euadere.

Exitiabilis est homo qui alii exitium praestat. dicimus enim exitiabilem et locum, in quo exitium fieri potest, ut fouea uel gladius.

Ephippia sunt equorum freni.

Exerimus, proferimus.

Eritudo, dominatio.

Epicroca, perlucida.

Exanclare, exanimare uel exinanire.

Eliminauit, extra limen extulit.

Effafilatus, exerto humero, id est extra filum manum exerens id est proferens.

Exitam, finitam, exactam.

Era, domina. erum, dominum.

---

1 Exalbas *G* 4 Explicuit autem et explicauit *H*: Expliciunt autem et explicuit et explicauit *R*, Expliciunt. C. *C*, Explicauit autem et explicuit *G* 6 hoc *C*, homo *ω* | opus suum *RG*: opusculum *C*, opus tuum *H* 8 Eulogia *C*: Eologia *et* Elogia *G*, Elogia *HR* | mysteria *R*: misteria *G*, ministeria *CH* | dicuntur *C*, deorum *ω* 9 Edulia *scripsi*: Edule *RG*, Edulae *H* | cibus *R*: cibo *HG* | dicta *Pbv*: dicte *mr* 12 aut *RG*: et *H* | ac *Hva*: aut *Rb* 13 et *om. R* 15 frena *P* 17 Erutudo *G* 18 Epicroca *r Papias*: Epripica *P*, Epyprica *bv* | perlucida *a Papias*: praelucida *PG* 19 examinare *P* 20 expulit *P* | ut apud Horatium. sit qui dicta foras eliminet *addunt G* 21 Effafilatus *HRG*: Exasilatus *C*, Extrafilatus *Papias* | id est *P*: hoc est *G* | manum *G*: manu *CR*, manci *H* 22 exerens id est *scripsi*: id est extra *RG*: id est *C*, extra *H* 24 era *CR*: Hera Era *H*, eram *G* | dominam *G* | erum *C*: eritum *RG*

7 extemplo] *passim ap. Plautum. cf. Varr. L. L.* 7,13. *Seru. Aen.* 1,91. 2,699. 8,4. *Isid. D. V.* 193 8 eulogia] *cf.* Eulogium *p.* 37. 12 exitiabilis] *cf. Plaut. Epid.* 4,2,52. 17 eritudo] *Fest. Paul.* 83,1. *gloss. Labb. et OP p.* 275. Heritudo, dominatio, dominium. 18 epicroca] *cf. Plaut. Pers.* 1,3,16. *Fest. Paul.* 82,13. Epicrocum genus amiculi croco tinctum, tenue et pellucidum. *cf.* Epicroculum *p.* 41. 21 effafilatus] *Fest. Paul.* 83,6. *cf. Muell. ad h. l.* 23 exitam] *Fest. Paul.* 28,5. Ad exitam aetatem, ad ultimam aetatem. 24 era] *passim ap. Plautum*

E labore animi figurat et 'pro animi labore'.
Excetra, multiplex serpens.
En redibeam, anne redibeam, quia en 'anne' significat.
Epicroculum, pallium tenue meretricium, dictum a croceo colore.
Ergo, causa uel opera.
Experientia, experimentorum notitia.
Exnuit, innuit.
Enumquam, ecquando.
Egregius, electus e grege.
Expergito, uelut somno ablato.
Exdorsuandum, †iudicandum.
Experitus non 'peritus', sed extra peritiam positus, sicut expers, extra partem.
Exsciterit . . .
Exfabillauero, exeruero.

---

1 E labore *R*: Elabore *CH*, Elaboro *G* | animi *HR*: cum *C*, anim *G* | figurate *R*, figurat et *ω* | animi labore *P*: animo laboro *G* 2 serpens *G*: *om.* *P* 3 Enridibeam *G*, in rediueam *HR*, in redineam *C* | anne *om. libri* | redibeam *p cf. Kettner. Herm.* 6,171.: ridibeam *bv*, redidebam *C*, redilebeam *HR* | quia *G*: quae *P* | en anne *G*: inane *C*, nanne *HR* 4 Epicroculum *uel* Epycroculum *G*: Ecrocollum *CH*, Excrocollum *R* 6 opera *CG*: aperta *HR* 8 induit *P* 9 ecquando *Class. A. t.*VI. *p.* 522. et quando *P*, equando *et* exquando *G* 10 electus *C*: erectus *RG* | e grege *scripsi ex Festo*: e gregie *C*, euigil *HRG* 12 iudicandum *G*: indicandea *P*, *om.* *C* 13 sed *C*: et *HG*, id est *R* | epositus *C* 15 Exsciterit *HR*: *om.* *G*, *fort.* Exstiterit 16 Exfabillauero *bv et Duebneri codd. Paris. saec.* VIII *u. Rh. Mus.* 1835. III *p.* 477: Exfauillauero *a et cett. codd. Paris.*: Expaui uero *HR*: uero *C* | exenero *C*

2 excetra] *Plaut. Pers.* 1,1,3. *etc. Seru. Aen.* 6,287. Hydram dicit (serpentem immanis magnitudinis) quae fuit in Lerna Argiuorum palude. sed latine excetra dicitur, quod uno caeso tria capita excrescebant. *cf. Isid.* 12,4,23. 4 epicroculum] *Fest. Paul.* 82,13. *s. u.* epicrocum. *cf. Varr. L. L.* 7,53. 6 ergo] *Fest. Paul*, 82,22. Ergo correptum significat idem, quod apud Graecos οὐκοῦν, producte idem, quod χάριν, hoc est gratia, quum scilicet gratia intellegitur pro 'causa'. *cf. Non.* 107,10. *Seru. Aen.* 6,670. *Serg. de dist.* 484,9. *K.* 9 enumquam] *Plaut. Rud.* 4,3,48. *etc. Fest. Paul.* 76,7. Enunquam, ecquando. *lib. gloss.* Enumquam, ergo aliquando. 10 egregius] *Fest. Paul.* 80,17. *et* 23,7. Segregare ex pluribus gregibus partes seducere, unde et egregius dicitur e grege lectus. 11 expergito] *Fest. Paul.* 80,8. Experrectus est, qui per se uigilare coepit, expergitus, ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactum. *Diomed.* I 376,12. *K.* expergitus dicitur, qui satiatus somno sponte euigilat. *cf. Non.* 104,13. *Prisc.* X 512,24. *K. OP p.* 194. 12 exdorsuandum] *gloss. Isid.* Exdorsuandam, iudicandam. *aliter Fest. Paul.* 79,12. Exdorsua, dorsum confringe. alii 'exime'. *Non.* 17,28. Exdorsuare, dorso nudare. 13 experitus] *Fest. Paul.* 79,15. *OP. p.* 190. experitus, a, um, id est imperitus quasi extra periciam. *aliter lib. gloss.* (*p*) Experitus, probate doctus. 16 exfabillauero] *cf. Muell. ad Fest. s. u.* Expapillato brachio 79,10. *et s. u.* Effafilatum 83,6.

Exte, † esse.
Exfebruare, expurgare. februare enim purgare est.
Exinde, deinde.
Eccere, ecce, uel iureiurando per Cererem.
Emussitatos, ad amussim exactos.
Exippitandum, hiandum, oscitandum.
Efflictim, de plorando dictum est.
Exanclata, exhausta et quasi exangulata, id est per angulos quosque exquisita.
Extraneam, abortiuam, quia plurimum extentae abiciunt extra.
Exlaudat, extra finem laudat.
Exhausterantibus, ubertim fluentibus ueluti exhaurientibus.

Glossae per F litteram.

Fautor, consentiens.
Fugator, expulsor.

---

1 esse *libri*: *fort.* este. *cf.* Exurire *pro* esurire *ap. Cangium e prisca comoedia cod. Paris.* 1638. 2 Exfebruare *G*: Exfugare *C*, Exfigurari *HR* | espugnare *C* | februare enim purgare *G*: *om. P* 3 tum deinde *G* 4 ecce uel *G*: eccetilis *P* | per (pro *bv*) Cererem *HG*: parcere *CR* 5 Emussitatos *R*: Emusitatos *C*, Emulsitatos *H*, Emussitatis *G* | musim *P*, mussime *uel* mussine *G* | exactis *G* 6 Exippitandum *G cf. Rh. Mus.* 1835. III *p.* 471: Exipitandum *HR*, Exuspirandum *C* | hiandum *G*: dicandum *C*, dicendum *HR* 7 de plorando *G*: deplorando *P* | dictum est *scripsi*: dicere *P*, dicte *bv*, dictum *mr* 9 quosque *Kettner*: quoque *libri* 10 Extraneam *P*: Extranea *et* Extream *G* | quia *om. C* | extentae *nos*: extentiae *C*, Extčiae *H*, exerticie *pa, om. R* | obiiciunt *C* 11 Exlaudat *HR. in H ex u.* Exclaudat *correctum uidetur*: Exlaudat *et* Exclaudat *G* | laudat *P*: laudat *et* claudat *G* 12 Exhausterantibus *p*: Exhauterantibus *P*: Exausterantibus *et* Exasterantibus *bv* | fluentibus *bvm*: flentibus *Pp* 14 Fautor *G*: Fator *H*, Futor *R*

4 eccere] *passim ap. Plautum. Fest. Paul.* 78,5. Eccere iurisiurandi est, ac si dicatur per Cererem, ut ecastor edepol. alii eccere pro 'ecce' positum accipiunt. 5 emussitatos] *cf. Plaut. Mil.* 3,1,38. *Fest. Paul.* 76,8. *Non.* 9,9. 6 exippitandum] *lib. gloss.* Exippitare, hiare id est os aperire. *ibid.* Exippitare, oscitare. *ibid.* Exippitandum id est os aperiendum. *cf. Paul. Fest.* 101,7. Hippacare est celeriter animam ducere ab equi halitu, qui est supra modum acutus. *gloss. Isid.*: Hippitare, oscitare, badare (halare?). 7 efflictim] *Plaut. Merc.* 2,3,107. *etc. Non.* 104,21. Efflictim, uehementer. *Charis.* II. 198,12. Efflictim Naeuius in Corollario ... ubi Probus 'usque donicum effligatur'. *OP p.* 20. Efflictim, cruciabiliter. 8 exanclata] *cf.* Exanclare *p.* 38. 10 extraneam] *Fest. Paul.* 79,2. Exterraneus quoque dicitur, qui ante tempus natus uel potius eiectus est. dictus autem exterraneus, quod eum mater exterrita aluo eiecit. *lib. gloss.* Extraneos, ex aliena terra. uel immaturi, quos exterrita mater auulsos eiecit, quod genus hostiarum sacris non adhibetur. 11 exlaudat] *Fest. Paul.* 76,4. 12 exhausterantibus] *Fest. Paul.* 82,6. Exhaustant, efferunt. 14 fautor] *Charis.* I 86,14. *K.* Fauitor antiqui dixerunt, at fautor nec auctoritate nec ratione deficitur. *Isid.* 10,105. Fautor ab eo quod faueat et consentiat.

Fabrica, artificii subtilitas.
Falla, [facili] fallacia, a fuco dicta.
Fleminum, uesicam, e qua sanguis ambulando in pedes fluit.
Fabricora prouerbium in eos, qui domesticis alimentis usi aliis laborarent. dictum ab eo quod Capitolium aedificanti Tarquinio fabros ac structores corui cum suo uictu miserunt.
Forago, nota in textura, significans cuiusque diei opus.
Fauisae specus, fossae quaedam in Capitolio, quae in modum cisternarum cauatae excipiebant dona Iouis, si qua uetusta erant hominum e fruge danda.
Forca, quam nunc falliscum appellamus nunc cultrum. alias securis, qua pontifices in sacris utuntur, dicta ab eo, quod ferienda petat.
Formastro, opere pistorio.
Formum, calidum.
Friatum, perfractum.

---

1 Fabrica *nos addidimus* 2 Falla facili *C Vat.* 1552: Fallacili *H*, facili *G* | fuco *G*: fauco *R*, fauco *Vat.* 1552 *H*, fanco *C* 3 uesicam *scripsi*: ucstem *HR*, uenam *Mueller* | e *scripsi*: in *libri* 4 Fabricora *Papias*: Fabicora *Hva*, Fauicora *CR* 6 Tarquinos *C* | corui *CR*, corni *va*, comuni *H* | miserum *C* 7 Forago nota *G*: Faragonota (Faragonata *C*) *P* | cuiuscunque *G* | dei *P* 8 Fauises *CH*, Fauissae *R*, Fabisa *et* Fause *G* | specus *H*: pectus *C*, especus *et* specus *G*, *om.* *R* 10 a fruge *libri* 11 Forca *Papias*: Forco *PG* | cultrum *nos*: cultra *P*, culter *G* 12 secularis *P* 14 pistorio *G*: pistrino *R*, pristino *H* 15 Formum *Rva*: Fornium *H*, Foruum *p* | calidum feruens *G* 16 Friatum *a*: Feriatum *P*

1 fabrica] *dictum de fallaciis Bacch.* 2,3,132. *etc.* 2 falla] *Non.* 109,17. Fallam pro fallaciam. 3 fleminum] *cf.* flemina *ap. Plaut. Epid.* 5,2,5. *Fest. Paul.* 89,8. Flemina dicuntur, quum ex labore uiae sanguis defluit circa talos. *Caper orth.* 2243,1. *P.* Flemina sunt, ubi abundant crura sanguine. plemina, cum in manibus uel in pedibus callosi sulci sunt. *cf. Plin. N. H.* 23 § 27. 7 forago] *Fest. Paul.* 90,12. Forago filum, quo textrices diurnum opus distinguunt, a forando dictum. *gloss. Isid.* Forago, trames diuersi coloris. *Ioannes de Ianua*: Forago a foris dicitur illud filum alterius coloris, quod mulier ponit in capite uel in fine uel in latere telae, ad distinctionem uel ornamentum faciendum. 8 fauisae] *Fest. Paul.* 88,4. Fauissae locum sic appellabant, in qua erat aqua inclusa circa templa. sunt autem qui putant, fauissas esse in Capitolio cellis cisternisque similes, ubi reponi erant solita ea, quae in templo erant facta inutilia. *cf. Gell.* 2,10. *Non.* 112,27. 11 forca] *Charta ann.* 1368 *in tabulario S. Victoris Massil. ap. Cangium*: Molendinum cum una Forca de ferro ferrata *etc. cf. Corssen, Krit. Beitraege zur l. Formenl.* 1863 *p.* 42. *et* 172. 14 formastro] i. e. 'Backwerk'. *gloss. Isid.* Formastrum, opus pistorium. 15 formum] *Fest. Paul.* 84,3. 91,13. *Interpr. Virg. Aen.* 4,149. *ed. Lion*: Nam et formonsum non aliunde dicimus, quam a calido. formum enim dicebant antiqui calidum. *Seru. Aen.* 4,453. *Isid.* 10,100. 20,13,3. *Donat. Phorm.* 1,2,57.

Fassitus, solutus est aut consumptus uel exhaustus, a fatiscendo.

Ferocientes, ferociam exercentes.

Flaxare, uigilias circumire.

Fauniorum modorum, antiquissimorum uersuum, quibus Faunum celebrabant.

Famulatio, seruitium, ut eritio, dominatio.

Forda, plena, dicta a praegnante, quod proprie significat.

Fracebunt, sordebunt, displicebunt. dictum a fracibus, qui sunt stillicidia sterquilinii.

Facinus, omne factum.

Fauonium odium, leue et sine causa, uelut a uento collectum.

Futauit, fuit.

Fulsit, feriit uel percussit. fulgere enim ferire est, unde quoque 'fulmen' dictum.

Futis, uas aquarium perparui oris.

Facetiis, iocis, lusibus, salibus, urbanitate.

Facul, facile.

---

1 Fassitus *Ramr*: Fascrtus *Hv* | est *r*: sıt *ω* 3 Ferocicuotes *C* 5 Fauniorum *v*: Fauinorum *H*, Faunorum *Ra* | quibus *P*: qui *G* 6 faunum *v*: fanum *Ha*, Faunus *R* | celebrabant *nos*: celebratur *P*, celebrant *v* 7 seruitio *G* 9 qui *Pv*: quae *pa* 13 collectum *RG*: collecto *CH* 14 fudit *Corssen*, *Krit. Beitr. z. lat. Formenl.* 1863 *p.* 214. 15 periit *R* 17 Futis *Mai*: Fuctis *P*, Fut tulis *v*, Futilis *Papias* | aquarum *G* | oris *G*: operis *P*

3 ferocientes] *Fest. Paul.* 92,7. Ferocit ap. Catonem 'ferociter agit'. *OP p.* 8,210. Ferocio, is, id est saeuire. *gloss. Labb.* Ferocio ἀγριαίνομαι. 4 flaxare] *Fest. Paul.* 91,9. Fraxare, uigiliam circuire. 7 famulatio] *gloss. gr. lat.* Δουλεία, famulatus, famulatio. 8 forda] *Varr. L. L.* 6,15. Bos forda, quae fert in uentre. *id. R. R.* 2,5. Quae sterilis est uacca, taura appellatur, quae praegnans, forda. *Fest. Paul.* 83,13. Fordicidis boues fordae, id est grauidae, immolabantur, dictae a fetu. *cf. Ouid. Fast.* 4,631. 9 fracebunt] *Fest. Paul.* 90,11. Fracebunt, displicebunt. *gloss. Philox.* Fracere, ἐξίστασθαι. 14 futauit] *Fest. Paul.* 89,3. Futare arguere est et confutare. sed Cato hoc pro 'saepius fuisse' posuit. *cf.* Futauere *p.* 45. 15 fulsit] *Fest. Paul.* 92,21. Fulgere prisci pro 'ferire' dicebant, unde fulgus dictum est. *Isid.* 13,9,1. Fulgur et fulmen, ictus caelestis iaculi, a feriendo dicti. fulgere enim ferire est ac percutere. *cf. Muell. ad Fest. l. c.* 17 futis] *Varr. L. L.* 5,119. Vas aquarium uocant futim, quod in triclinio allatam aquam infundebant. *Seru. Aen.* 11,339. Non futilis auctor, non inanis. nam futtis (*sic Guelf.* 1. *alias* futilis) uas quoddam est lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris Vestae, quia aqua ad sacra [Vestae] hausta in terra non ponitur: quod si fiat, piaculum est. unde excogitatum est uas, quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. *lib. gloss.* (*r*): Futis dictum est quoddam uas in sacrificiis deorum positum, quia stare non poterat, sed statim aquam effudit. 19 facul] *Fest. Paul.* 87,1. *Fest.* 214,20. *Non.* 111,21.

Ferentarius, leuiter armatus sagittis aut fundis.
Flixerit, adflixerit.
Fratria, fratris uxor.
Fortensa, ostenta. unde et portendere uel ostendere.
Fratellis, sordium glomusculis.
Flatores, tibicines, a flando.
Flagratores, qui se flagris conducti caedunt.
Fomitat, fomitibus exassulat.
Funus et ferias prouerbium est de morte dictum, quoniam funere publico feriae indicebantur.
Fratrarent, turguerent, pubescerent.
Fabricium compitum, ubi nunc lacus. *ibi ob* captiuos de hostibus recuperatos domus Fabricio data est.
Futauere, fuere.
Frugem fecisti pro 'bene fecisti'. unde quidem frugi.
Facesse 'fac' interdum.

---

4 Fortensa *va* (*cf. cod. Magd.* 258 *sec. Kettn.*: Fortensa quasi portensa ostensa): Frontesia *P* | portendere *Ha*: protendere *H 1. m. v*, praetendere *R* 5 Fratellis *G*: Flatellis *P* | glombusculis *C* 6 Flatore *som. C* | tibicinis *C* 7 Flagratoribus *G* | se *G*: *om. P* | caedunt *RG*: cadunt *C*, cedunt *H* 8 Fomitat *Mueller*: Formitat *PG* | fomitibus *Mueller*: formitibus *CR*, formisibus *H*, fortibus *G* | et osculis *C* 9 de morte dictum *nos*: morte dicit *va*, moredíat *P* 10 indicebantur *nos*: dicebantur *a Papias*, dicuntur *P* 11 turguerent *HR*: turgerent *CG* 12 Fabricium *Buecheler* (*N. Jahrb. f. Phil.* 1872. *p.* 567): Fabri *G*, Fauri *P* | ibi *nos addidimus*, ob *Buecheler add.* | captiuos *G*: captiuus *P* 13 recuperatos *P*: reciperat. hos *va* | Fabricio *R*: fabricia *HG* | data *P*: ducta *va*, dicta *mr* 14 fuere *libri*: fudere *Corssen, Krit. Beitr.* 1863 *p.* 214. 15 pro bene *va Papias*: probe *P*, perbene *p* | quidem *R margo H*: uirum *H*, quidam *G*

1 ferentarius] *Plaut. Trin.* 2,4,55. *Varr.* 7,57. *Fest. Paul.* 85,7. 93,14. *etc.* 2 flixerit] *Non.* 109,30. Fligi pro affligi. 3 fratria] *Fest. Paul.* 90,5. *Non.* 557,6. 5 fratellis] *deminutiue a* fracibus. *Fest. Paul.* 90,10. Fratilli, uilli sordidi in tapetis. 6 flatores] *Fest. Paul.* 89,7. Flator, tibicen. *gloss. lat. gr.* Flat flator, φυσᾷ αὐλητής. 7 flagratores] *Fest. Paul.* 89,5. Flagratores dicebantur genus hominum, quod mercede flagris caedebantur(?). 8 fomitat] *id est securibus assulas excidit. gloss. lat. gr.* Fomito πελεκάω. *cf. Fest. Paul.* 75,10. Defomitatum, a fomitibus succisum, quibus confoueri erat solitum lignum. *De idiom. gen. gram. lat.* IV 578,64. *K.* Fomis, τὸ φρύγανον, τὸ πελέκημα. 11 fratrarent] *Fest. Paul.* 91,1. Fratrare puerorum mammae dicuntur, quum primum tumescunt, quod uelut fratres pares oriuntur, quod etiam in frumento spica facere dicuntur. *cf. Fest.* 297,31. 12 fabricium compitum] *Fest.* 174,6. Nouae curiae proximae Compitum Fabricium aedificatae sunt, quod parum amplae erant ueteres a Romulo factae *etc.* 14 futauere] *cf.* Futauit *p.* 44. 15 frugem fecisti] *cf. Plaut. Poen.* 4,2,79. *gloss. in cod. Mon.* 6210 *ed. Thomas*: Fruges fecisti, bene fecisti. 16 facesse] *Fest. Paul.* 86,18. *Non.* 306,26. *Seru. Aen.* 9,45.

Fugitiuae aquae, quae fluunt ex riuo publico neque deprehenduntur. unde fugitiua dicta sunt, quae furtim quis nec suo iure uteretur.

Flexuntes, equitis quoddam genus ab ornamento equi, quod flexum uocant.

Festram, fenestram.

Fartori, nomenclatori.

Freta, mota, crumata uel modulosa.

Flatare, augere uel amplum facere.

Facessite est frequentatiuum 'facite'. dicimus et facessite 'recedite'.

Faenero faeneror dicimus, habetque quatuor participia, ab actiuo duo 'faenerans faeneraturus', a passiuo duo 'faeneratus faenerandus'.

Faenus generis neutri est: hoc faenus faenoris faenori faenus o faenus a faenore. difficile in usu legimus plurali numero, maxime nominatiuum accusatiuum et uocatiuum. possunt tamen faenora.

Factus illa res dicitur et factus illam rem, ut si dicas 'effectus est caro' et 'effectus est carnem'. sed melius nominatiuo quam accusatiuo.

---

1 quae *Ramr*: *om. Cv, in H supra scriptum* | neque *CG margo H*: indeque *HR* | deprehenduntur *Cmr*: prehenduntur *HR*, de *in H additum* 3 nec *C*: ac non *HRG* 4 Flexuntes *scripsi e Plinio l. c.*: Fluxuas *CH*, Fluxus *R*, Fleuas *G* 5 flexum *G*: fluxum *P* | dicitur *C*, uocant *ω* 6 Festram *scripsi e Festo*: Frestram *libri* 7 Fartori *G*: Fostori *R*, Fossori *H* 8 Fraeta *H* | mota *nos*: moeta *P*, meta *G cf. Bayer. Gymnasialblätter* VIII *p.* 326. 10 Flacessite *R* | dicimus *om. C* 11 recedite *v*: recedimus *P. Mai aliter interpunxit* 12 Foenero foeneror *P*: Fenero et feneror *G* 13 fenerans feneraturus *G*: *om. P* | a passiuo duo *G*: *om. P* 15 Foenus *Pm*, Fenus *v* 16 usu *P*: nostris *G* 18 tamen facere fenora *v* 19 et factus] *in H videtur ex* factur *correctum*

4 flexuntes] *Plin. N. H.* 33 § 35. Equitum quidem etiam nomen ipsum saepe uariatum est in iis quoque, qui id ab equitatu trahebant. celeres sub Romulo regibusque sunt appellati, deinde flexuntes, postea trossuli *etc. Seru. Aen.* 9,606. [Flectere autem uerbo antiquo usus est. nam equites apud ueteres Flexuntae Flexutes] uocabantur, sicut ait Varro Rerum Humanarum. 6 festram] *Fest. Paul.* 91,5. Festram antiqui dicebant, quam nos fenestram. *cf. Macr. Sat.* 3,12,8. 7 fartori] *Fest. Paul.* 88,15. Fartores, nomenclatores, qui clam uelut infercirent nomina salutatorum in aurem candidati. 8 freta] *Class. Auct. ed. Mai* 6,525. Fretus id est motus. *Isid.* 13,18,2. Nam freta dicta, Varro ait, quasi feruida id est feruentia et motum feruoris habentia. 10 facessite] *cf. Fest. Paul.* 86,18. *Seru. Aen.* 9,45. 12 faenero] *Fest. Paul.* 92,4. Fenero et feneror dici potest.

Forcipes, non 'forfices' dicimus.
Faenebris cum a.
Fastus, superbia. et est quartae declinationis.
Furui, furorem passus sum.
Furuarum nationum, gentium nigrarum, id est Indi, Aegyptii, Mauri, Aethiopes. furuum enim nos nigrum dicimus. unde fures, qui in obscuro latent, et forni. furni enim nigri.
Foetutinis, id est sordidis occasionibus, per quas mulieres fetum facere possunt.
Fidiculae, sunt ungulae, quibus torquentur in eculeo adpensi.
Festinate aucto, cito adulto. et est aduerbium.
Fimbrium generis neutri. item feminini 'fimbria'.
Foetutina, res foedae et sordidae et inquinatissimae ac muliebres.
Faxo, faciam. temporis est futuri.
Fornicem, moechiam.
Fastidiosum renidens uel pro annuens et consentiens, uel deridens. 'renidens' enim plerumque uultus dicitur laetitia uel risu perfusus. 'fastidiosum' uero pro fastidiose dixit, nomen pro aduerbio, ut est: 'toruumque repente clamat'.
Futura alucinentur, quasi luxurioso sermone incerta praedicant.

---

1 quae sunt fabrorum *addunt G* 2 Faeneuris *HR*, Faeneutis *C* 3 quartae declinationis *G*: quarta declinatio *P* 5 id est *G*: *om. P* 8 furni *R*: furui *HG* | enim *G*: ergo *P* 9 Fetutinis *Pvmr*, Faetutinis *a* | quae per *libri* 10 foetum *P* 11 Fidiculae *RG*: Fediculae *CH* | adpensi *G*: ad Persas *C margo H*, ad poenas *H 1. m.*, apud Persas *R* 14 Fimbrium — fimbria *G*: Frimurium — frimuria *P* 15 Fetutina *Pva*: Fetutinae *mr* | fetide *G* 16 muliebres *G*: mulieres *P* 18 moechiam *Mai*: moleciam *C*, mohetiam *HR*, moetiam *G* 19 annuens *G*: adiuiens *H*, adridens *R* | uel consentiens *P* 20 deridens *G*: ridens *P* 21 profusus *P* 23 alucinentur *G*: allucinentur *P* | incerte *R*

1 forcipes] *Isid.* 20,13,3. Forfices secundum etymologiam, si a filo dicuntur, f ponitur, forfices quae sunt sartorum. si a pilo, per p, ut forpices, quae sunt tonsorum. si ab accipiendo, per c, ut forcipes, eo quod formum capiant, quae sunt fabrorum. *cf. Seru. Aen.* 1,453. *Charis.* I 94,21. *K. Cassiod. de orth.* 2292,4. *P. etc.* 3 fastus] = *Seru. Aen.* 3,326. 5 furuarum nationum] *Fest. Paul.* 84,6. Furuum nigrum uel atrum. hinc dicta furnus, Furiae, funus, fuligo, fulgus, fumus. *cf. Gell.* 1,18,4. *Non.* 50,9. *Seru. Aen.* 2,18. *Georg.* 3,407. 9 foetutinis] *OP p.* 230. Foetutina, ae, id est quaelibet sordida causa, per quam mulier foetum temptat eicere. *cf. Non.* 63,20. 11 fidiculae] *Isid.* 5,27,20. Vngulae dictae, quod effodiant. hae et fidiculae, quia iis rei in equuleo torquentur, ut fides inueniatur. 19 fastidiosum renidens] *u.* fastidiosus *ap. Plaut. Mil.* 4,6,18. *Rud.* 2,3,42. toruumque *etc. ap. Virg. Aen.* 7,399.

Ferrugo genus quoddam tincturae, similis purpurae nigrioris.

Foederales dicuntur sacerdotes, per quos foedera fiunt inter duas gentes, quae post bellum ad pacem redeant.

Fatisceret, abunde aperiretur.

Forasticas, exteriores.

Flagitia dicuntur turpia et sordida libidinum crimina.

Festiuissimus est dies plus quam festus. dicitur et homo festiuissimus id est urbanissimus.

Glossae per G litteram.

Gestio sic declinatur, quomodo audio, amicio amiciebam. est enim gestio neutrale uerbum.

Glaucus color interdum pro uiridi ponitur et qui admixtum habet uirori alborem. nam Virgilius hoc sciens 'glaucas salices' et 'uluas glaucas' dixit. item in equis aut hominibus 'glauci oculi' pro splendidi ponuntur. legimus nonnumquam et maris colorem glaucum dici, sed tunc, quando canescit fluctibus, unde Glaucus deus maris senior fingitur a canitie fluctuum.

Gratiae deae sunt, grates, quae aguntur. sed tamen indiscrete ponitur.

Globus dicitur genere masculino lunaris, ut Virgilius: 'lucentemque globum lunae'. globum autem et glombum et glomera neutro genere pensa mulierum.

Gibbi, gibberosi.

Gurgustiolum, antrum secrete angustum.

Gnarorum, qui peritiam primae ueritatis insinuant.

Garrire aut multa uerba aut sordide loqui.

---

2 Foederales *v Papias*: Foedera *Pm* 3 redeant *P*: ueniunt *G* 4 Fatisceret *Hv*: Fatiscere *Cam*, Fatesceret *R* 8 id est *nos*: et *libri* 14 uluas *Virgil. Aen.* 6,416.: oliuas *libri* 17 et Glaucus *G* 18 canitate *C* 19 Gratiae deae *scripsi*: Grates duae *libri* (duae *om. R*) | grates *nos*: gratiae *libri* 22 et glomum *P*: *om. G. fort.* et glomus 24 gibberosi *amr*: gibbiores *P* 26 Gnarorum *va*: Guorum *HR*, Gnari *C Papias* 27 aut *G Isid.*: autem *P* | aut *G Isid* : et *P*

1 ferrugo] *cf. Seru. Aen.* 9,582. *Georg.* 1,466. *Isid.* 19,28,5. 2 foederales] *Seru. Aen.* 1,62. Foedus autem dictum uel a foecialibus id est sacerdotibus [qui olim foedales (*immo* foederales) dicebantur], per quos fiunt foedera *etc.* 4 fatisceret] *cf. Seru. Aen.* 1,123. *Non.* 307,10. 7 festiuissimus] *uoc.* festiuus *passim ap. Plautum.* 12 glaucus] *cf. Gell.* 2,26,17. *de* Glauco deo *u. Seru. Aen.* 5,823. 19 gratiae] grates *ap. Plaut. Poen.* 1,1,5 *etc. Charis.* I 328,4. *K.* Grates, quas agimus ob merita, Gratiae deae. 21 globus] *Plaut. Poen.* 2,35. *Virg. Aen.* 6,725. *Prisc.* V 170,2. *K.* Globus, quod etiam hoc glomus dicitur glomeris. 25 gurgustiolum] *cf.* Gurgustium *ap. Fest. Paul.* 99,3. 27 garrire] = *Isid. D. V.* 267. *cf. Plaut. Aul.* 5,1,21. *etc. Non.* 117,1.

Gratificum, gratum. gratificus est enim gratis faciens.
Gratiosus, qui non iuste unicuique quod meretur tribuit.
Glaber, rasus.
Gymnasia dicuntur loca, in quibus nudi homines exercentur. unde omnium prope artium exercitia gymnasia dicuntur.
Gazae dicuntur diuitiae lingua Persarum, a Gaza, oppido Graecorum, in quo olim Persarum rex diuitias congesserat uniuersas.
Gratissimus et animo et corpore dicitur.
Genuinorum dentium, proprie ultimorum.
Gutturnco, gutto.
Gallus, pullus gallinaceus.
Guaruris, gnarus, sciens.
Gallicula, cortice nucis iuglandis uiridis, per quem corpus humanum intelligi uult.
Grauastellas, graues, id est annis.
Gramis, gremis, quae sunt pituitae oculorum.
Gerras, nugas ineptiasque.
Gorgo, adverbialis interpositio, ut porro, prorsus, nimirum.

1 Gratificam gratam *v* 3 rasus lenis (leuis?) *G* 7 Graecorum *Pva*: orientis *p* 10 dentium *om. C* 12 gallinaceus *CH*: gallinacius *RG* 14 Gallicula *vp Papias*: Gallicola *mr*, Galliciola *C*, Gallaciola *H*, Galliciciola *R* 16 Grauastellas *scripsi*: Grauascella *C*, Grauascela *HR*, Graues. cellas *v* | anni *libri* 17 sunt] fiunt *H* 19 Gorgo *G*: Gorgos *P*

1 gratificum] *Isid.* 10,114. Gratificus ab eo, quod gratis faciat bonum. 2 gratiosus] *Isid.* 10,114. Gratiosus, qui plus unicuique, quam meretur, tribuit. 3 glaber] *Plaut. Aul.* 2,9,6. *Trin.* 2,4,140. 4 gymnasia] *passim ap. Plautum. cf. Isid.* 15,2,40. 9 gratissimus] = *Isid.* 10,114. 10 genuinorum] *Fest. Paul.* 94,14. *Plin. N. H.* 11 § 166. 11 gutturnco] *Fest. Paul.* 98,13. Gutturnium, uas ex quo aqua in manus datur, ab eo quod propter oris angustias guttatim fluat. *OP p.* 255. Gutturnium nii, id est uas quoddam, ex quo aqua profluit perforata inferiori parte. *ibid. p.* 262. Gutturnium, uas aquatile, quod inferius deguttat aquam. 13 gnaruris] *Plaut. Most.* 1,2,17. *gloss. Philox.* Gnaruris, γνώριμος. 14 gallicula] *Fest. Paul.* 98,12. Gulliocae(?), nucum iuglandium summa et uiridia putamina (*lib. gloss.* Gallicula, signum uestis). 16 grauastellas] *Fest. Paul.* 96,13. Grauastellus, senior. Plautus: 'Qui est grauastellus, qui advenit?' Ut puto grauastellus a grauitate dictus. *OP p.* 254: Grauastellus, aliquantum grauis. *cf. et* rauistellos *ap. Fest.* 273,17. 17 gramis] *gloss. lat. gr.* Grama, λήμη. *Non.* 119,4. Gramiae, pituitae oculorum. *Fest. Paul.* 96,14. Gramiae oculorum sunt uitia, quas alii 'glamas' uocant. 18 gerras] gerrae *ap. Plaut. Epid.* 2,2,45 *etc. Fest. Paul.* 94,3. Gerrae, crates uimineae. Athenienses quum Syracusas obsiderent et crebro gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamitabant. unde factum est, ut gerrae pro nugis et contemptu dicantur. *Non.* 118,24. *cf.* Gerro *p.* 50. 19 gorgo] *Fest. Paul.* 37,6. Gorgo apud antiquos pro adverbio, quod est 'profecto', ponebatur.

Gnarificationum, sermonum.

Grallis, ligneis perticis, ad quas cruribus colligatis ambulantes grallatores dicuntur.

Gerro, nugator, dictus a gerris.

Genis, id est ea parte uultus, quae inter malas et auriculas est. ideo genae dictae, quod infans in utero caput inclinatum inter genua tenet.

Gnoscet, sentiet, experietur.

Gnotum, cognitum siue compertum est.

Galerum, pilleum pastorale.

Glossae per H litteram.

Heroes dicuntur uiri aerei uel caelo digni id est fortes uel sapientes, ab Hera id est Iunone, quam aerem dicunt esse, ubi regnum et sedes animarum est, ut: 'aeris in campis latis', et Cicero in Somnio Scipionis. ergo heros huius herois. mulier uero heroine uel heroina uel heroas ut Lemnias.

Haec securis, 'huius securis' et reliqua.

Harioli dicuntur insani, qui spiritu nescio quo inflati uaticinantes circa aras et templa discurrunt atque bacchantur.

†Heliton heros apud Latinos nullus est. quaerendusne in Graecis aut Persis?

---

1 Gnarificationum *G*: Gnari cantionum *P* 2 Grallis ligneis *scripsi. cf. Varr. ap. Non.* 115,20.: Colloqui *C*, Conloqui *HRG*, Gralla *margo H* | perticis *G*: perficis *C*, parcitis *HR*, perticae *margo H* 3 grallatores *H*: gralatores *C*, grauatores *RG* 5 Genis id est *nos*: Geniset *H*, Genis *R*, Genisseo *et* Genas *G* | ea parte *Pmr*: ex parte *et* ea pars *G* 9 Gnotum *Papias*: Gnoritur *PG*, Gnaritur *Mueller* 10 Galerum *G*: Glamerum *C*: Glomerum *HR* | pilleum *Kettner*: palleum *G*, pallium *P* | pastoralem *H* 13 Hera *pmw*: aere *CRv*, aera *H* 15 ergo *G*: ego *P* | huic heroi hunc heroem ab hoc heroe *addunt G* 16 heroine dicitur *G* | heroina *CRp*: heroinas *H*, heroadas *v* | heroas *Pv*: heroidas *p* | ut *CR*: aut *HG* 18 Haec securis dicimus *G* | et reliqua *P*: huic securi hanc securem o securis ab hac securi. et pluraliter secures ab his securibus. securium nusquam legimus *G* 22 quaerendusne *R*: querendis ne *H*, querendum. nec *v*

2 grallis] *ad u.* grallatores *cf. Varr. L. L.* 7,69. *Fest. Paul.* 97,12. 4 gerro] *Fest. Paul.* 40,6. Cerrones leues et inepti, a cratibus dicti, quod Siculi aduersus Athenienses cratibus pro scutis sunt usi, quas Graeci γέρρας appellant. 5 genis] *similiter uoc. explicat Isid.* 11,1,108. *et Diff. Sent.* 17,56. 8 gnoscet] *Diomed.* I 383,17. *K. Prisc.* II 48,17. *K.* 9 gnotum] *cf. Fest. Paul.* 96,12. *Prisc.* II 48,16. *K.* 10 galerum] *Seru. Aen.* 2,683. 8,688. *Luctat. Plac. Theb.* 1,305. *Isid.* 19,30,5. 12 heroes] *Isid.* 1,39,9. 8,11,98. 10,2. *Seru. Aen.* 1,196. *id. Ecl.* 4,35. 19 harioli] *passim ap. Plautum. Isid.* 8,9,16.

Habena id est lorum per b, auena herba per u.

Honoripetae sunt, qui honores petunt, ut dicimus heredipetas, qui hereditatem petunt.

Hiulca sunt quae aperiuntur, ab hiando dicta. hiatus enim apertio est, ut sunt rimae in uasis, sulci in terra, quando aestiuo candore finditur, aut si ouum in partes aperias.

Holitores, holerum distractores.

Horus est, quem pagani inter sacra siderum colunt. Hosirim uero pro Sole accipiunt. simili modo etiam Horum Solem uolunt uel Eoum sine aurorae deum.

Haesculapius, Asclepius, medicinae inuentor.

Hilum, quicquam.

Hemdem, aeque, similiter.

Habitudine, habitu.

Hasenam, harenam, ut hasas quas nos 'aras', et lases, quos nos 'lares' dicimus.

Hiare, aperire.

Hinnire, stridere.

Hariolatus est, diuinauit, coniectauit.

†Hastinate, caua festuca.

Hispido, truci, horrido.

---

1 auena *G Isid. l. c.*: hauena *P* | id est herba per u scribitur *G* 2 Honoripctae *Cv*: Honoripctes *HR* | hcredipetas *HR*: heredipetcs *C*, hcredipete *G* 4 Hiusca *C* 5 sulci *G*: fula *P* 6 aestiuo *v*: aer suo *P*, agri solis *p* (*Mai*) 7 Holitores dicuntur *G* 8 Horus *vp*: Heous *C*, Houis *HR*, Horos *mr* | siderum *Ppmr*: isidis et osiris *v* 9 horum *G*: heoum *C*, heorum *H*, eoum *R* 10 uel Eoum *scripsi*: earum *C*, rarum *Hmr*, ἕως *R*, uel horrorum *v* 11 Hoesculapius *C*, Hesculapius *HR*, Hescolapius *uel* Haescolapius *G* 13 Hemdem *Rv*: Herudem *H*, Hendem *mr* 15 Hasenam *CG*: *om. HR* | harenam *om. C* | hasas *HR*: has asas *C*, asas *v Papias* | quas *Hv Papias*: *om. CRp* | et lases *HRp Papias*: lascos C, et lasas *v* 17 aperire uel uidere *G* 20 Hastinatc *CRv*: Hastinare *H*, Hastinata *OP p.* 274. *et* 277. *fort.* Hastula est | caua festuca *OP*: caua staca *P*, cadastuca *v*

1 habena] *Isid. D. V.* 46. Auena per u literam herba est, habena per b literam lorum est. *cf. Prisc. Partit.* 490,14. *K. Aegroec. de orth.* 2269,32. *P.* 7 holitores] *Plaut. Trin.* 2,4,7. *OP p.* 276. Holitores, holerum cultores. *Class. Auct. ed. Mai* 6,526. Holitor, hortulanus. 8 horus] *cf. Macrob. Sat.* 1,21,11. 12 hilum] *cf. Varr. L. L.* 5,111. 9,54. 10,81. *Non.* 121,2. *Prisc.* VI 215,6. *K.* 13 hemdem] *Fest. Paul.* 76,12. Emem (*scr.* Emdem), eundem. *id.* 77,9. Em pro eum, ab eo quod est is. 14 habitudine] *Fest. Paul.* 101,17. *Apul. Metam.* 9,59. 15 hasenam] *Varr. L. L.* 7,27. asenam arenam. *Vel. Long.* 2238,44. *P.* Itaque harenam iustius quis dixerit, quoniam apud antiquos 'fasena' erat. *ad* hasas *cf.* asas *ap. Ter. Scaur. p.* 2252,16. *ad* lases *Quint.* 1,4,13. *Varr. L. L.* 6,2. *Fest. Paul.* 264,6. *Scaur. l. c. Corssen, Msspr. etc.* I *p.* 85. 20 hastinate] *OP p.* 274. Hastinata, ac, id est caua festuca. *ibid. p.* 277. Hastinata, parua caua festuca. *cf. gloss. lat. gr.* Hastina (Hastula?), δόρυ, ἀκόντιον. 21 hispido] *cf. Seru. Aen.* 10,210.

Herbidus, ab herbae colore, id est uiridis.
Habitior, plenioris habitus.
Herediolum, possessiunculam.
Hiras, intima intestina, quorum deminutio 'hillae' dicuntur.
Hostita, aequata, liniata.
Habeo, habito, quod nunc frequentatiue tantum dicitur. 'qui hic habet' pro habitat.
Helluci, prae crapula ueterni. unde helluones dicuntur.
Herbam dedit. mos enim contendentibus erat, uulsam herbam, *si* qui uinceretur, porrigendi, ut nunc dicitur.
Horno, *hoc* anno.
Hirudo, sanguisuga.
Hermae simulacra sunt Mercurii, tantum caput et pedes habentia, corpus autem truncum est quasi quadratum totum. est autem nomen graecum.
Hermes id est Mercurius.

---

1 Herbidus *G*: Herbidius *P* | ab *om. G* | uiridis *P*: luridus *G* 4 Hiras intima *G*: Herasintima *CR*, Herasinrima *H* | quorum nunc G | diminntio *libri* | hillae *margo H*: illae *H*, ille *Cv*, *om. R* 5 Hostita *Cp Papias*: Hospita *H*, Hosita *R* | liniata *nos*: linita *C*, lenita *HR*, lanita *vm*, planata *Papias*. 6 tantum *v*: *om. P* 8 Helluci *Mueller*: Helluli *C*, Hellui *HRG* | prae nos: pro *C*, *om.* ω | ueterni *nos*: ueterani *P*, uetera *G* 9 mos *Mich. Zink*: hoc *libri* 10 si *add. Zink* 11 hoc *addidimus* | anno *HR*: annuo *C*, alno *v* 12 sanguifuga *C* 14 truncatum *G* | quasi *G*: et *P* | totum *RG*: solum *H* 16 Hermos *C*

2 habitior] *Plaut. Epid.* 1,1,8. *Fest. Paul.* 102,1. Habitior, pinguior. *lib. gloss.*: Habitiores, rusticiores. *cf. OP p.* 275: Habitudo, corporis pinguedo, quod et corpulentia dicitur. 3 herediolum] *Fest. Paul.* 99,19. *Non.* 61,11. 4 hiras] hirae *ap. Plaut. Curc.* 2,1,23. *Fest. Paul.* 101,6. Hira, quae deminutiue dicitur 'hilla', quam Graeci dicunt νῆστιν, intestinum est, quod ieiunum uocant. *cf. Non.* 122,5. *Macr. Somn. Scip.* 1,6,77. 5 hostita] hostire *ap. Plaut. Asin.* 2,2,110. *Fest. Paul.* 271,12. hostire pro aequare posuerunt. 6 habeo] *Plaut. Truc.* 2,1,35. *cf. Trin.* 2,2,109. etc. *Seru. Aen.* 7,131. Habeant, habitent. hoc enim frequentatiuum est ab eo, quod est habeo. *cf. Non.* 317,39. *Diomed.* I 344,33. *K.* 8 helluci] *Fest. Paul.* 75,17. Elucum significat languidum ac semisomnum, uel, ut alii uolunt, alucinatorem ac nugarum amatorem, siue halonem, id est hesterno uino languentem, quod ἕωλον uocitant Graeci. *id.* 100,8. Helucus ab hiatu et oscitatione dictus. *cf. Gell.* 12,16,3. 9 herbam dedit] *Fest. Paul.* 99,6. Herbam do quum ait Plautus, significat 'uictum me fateor'. quod est antiquae et pastoralis uitae indicium. nam qui in prato cursu aut uiribus contendebant, quum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam aduersario tradebant. *cf. Plin. N. H.* 22 § 8. *Seru. Aen.* 8,128. *Non.* 317,14. 11 horno] *Plaut. Most.* 1,3,3. *Seru. in Don.* 438,14. *K.* Horno autem nihil est aliud nisi 'hoc anno'. *cf. Non.* 121,7. 12 hirudo] *Plaut. Epid.* 2,2,4. *Plin. N. H.* 8 § 29. hirudine, quam sanguisugam uolgo coepisse appellari aduerto. *cf. Agroec. de orth.* 2272,33. *P. Isid.* 12,5,3. 13 hermae] *cf. Macr. Sat.* 1,19,20. *Seru. Aen.* 8,138.

Hara locus est tenebrarum uel porcorum.

Humus terra ab humanitate dicta, quia cunctis humana est. et est generis feminini.

Harioli, diuini, qui concepto ante aram spiritu futura praedicunt.

Hiatus proprie est omnis oris apertio, translata a feris, quarum auiditas hiatu, id est oris apertione, monstratur. inde dicitur inhiare, id est alicui rei acriter et uehementer incumbere. est et inhiare intendere aliquid et caute perspicere, ut si dicamus aruspicem in exta inhiare.

Hirpices, tribula.

Hydra draco fuit multorum capitum in Lerna, palude prouinciae Arcadiae.

Habilis dicitur, qui se habet, id est integer et fortis.

Glossae per I litteram.

Infamia non dubium est, quin generis sit feminini. nam si neutro dicas, ut uerbi gratia: 'infamia locutus est uerba, stabit quidem **.

Incaestum puto a litteram debere retinere, ab eo quod est incastum. nam caestum dicunt zonam pelliceam Veneris, quae legitimas nuptias ligat. si quis igitur alieni legitimique matrimonii iura uiolauerit, incaestum dicitur admisisse, id est quasi castitatis uinculum zonamque Veneris uiolasse.

Iudaea cum a scribendum.

---

1 uel *HG*: et *R* 7 hiatu *G*: hiatum *P* | apertione *v*: apertionem (aperitionem) *P* | monstratur *Hvp*: monstrauit *C*, monstrat *R* 8 inhiare — incumbere *om. CR* 9 intendere *HR*: intente *G*, intercedere *C* | perspicere *v*: prospicere *ω* 10 in extra *C* 11 Hirpices *Rv*: Hispices *Hmr* 16 quia generis est *v* 17 in neutro *C* 18 stabit (isti aut *p*) quidem *Pvp* 19 Incestum *libri* | puta *H* | retinere *P*: retineri *v* 20 nam *v*: uenit *P* | caestum *H*: cestum *Rv*

1 hara] *Plaut. Asin.* 2,4,24. *Non.* 120,20. Hara est porcorum stabulum. *cf. Donat. Phorm.* 4,4,29. *Cassiod. orth.* 2320,2. *P. Prisc.* II 53,20. *K.* 4 harioli] *cf.* Harioli *p.* 50. 6 hiatus] *Isid.* 14,9,3. 11 hirpices] *ap. ceteros auctores* (*Varr. L. L.* 5,136. *Fest. Paul.* 105,16. *Seru. Georg.* 1,95 *Glossar. in Barth. Adu.* 28,19.) *genus rastri ferrei complures habens dentes significat.* 16 infamia] *Plaut. Pers.* 3,1,27. 19 incaestum] *Luctat. Plac. Theb.* 5,63. Ceston est uinculum ornamenti quo circumdatur Venus, omnibus illecebris nuptiarumque cupiditatibus elaboratum, quo matrimonia dicitur alligare .... Specialiter tamen zonam Veneris debemus accipere, quae non rutilo auro gemmisque sit, sed pelle, ut probentur corporeae uoluptates. ceston autem dicitur, quod copulae et matrimonii uis sit, quia adeo, quae adulterio perpetrantur, incesta dicuntur, quasi quod non uinctum fuerit, sit incestum. *cf. ibid.* 2,283.

Indagus indaga indagum participia sunt cum una u tantum.

Inguen inguinis generis neutri nomen, *id* est partes corporis iuxta pudenda. inguinis uero non latinum nomen est.

Inclaudicabilis et inclausibilis. inclaudicabilis ad pedem refertur, inclausibilis ad locum. inclaudibilis uero irrationabile.

Ianuarius dicitur mensis Iano deo sacratus. Ianus est enim princeps deorum quasi mundi uel caeli uel siderum uel mensium ianua. qui est et bifrons et quadrifrons: bifrons quia et orientem et occidentem teneat et praeterita uel futura cognoscat. quadrifrons propter quatuor elementa uel tempora uel cardines mundi. hunc quidam Iouem, quidam Solem esse crediderunt, quia limes et ianua sit anni. Februarius mensis a Februo id est Plutone, quia Ianuarium diis superis, Februarium diis manibus consecrauerunt. ergo [Februarius] a deo Februo id est Plutone mensis Februarius dictus est, non a febre. Martius, Martis, Aprilis Veneris quasi aproilis, quia graece *Αφροδίτη* Venus dicitur, quod ex maris spuma dicatur esse progenita. *ἀφρός* enim graece spuma est. uel Aprilis ideo, quia hoc mense terrae omnis aperitur fructus. Maius a Maia, matre Mercurii, uel a maioribus, qui erant principes reipublicae. nam unum mensem maioribus, sequentem antiqui iunioribus consecrarunt. unde et Iunius dicitur. Iulius in honorem C. Iulii Caesaris imperatoris romani. Augustus in honorem Augusti simili modo imperatoris romani, qui Caesari successit. September a numero, quia septimus est, ut October, quia octauus. similiter et Nouember, quia nonus est, et ita December, quia decimus est mensis.

Ius praetorium, iuris praetorii, iuri praetorio, ius praetorium, o ius praetorium, ab hoc iure praetorio.

---

1 Indigus indĭga indigum *G* | cum una u *nos*: cum a ut *C*, cum ut *HR*, quicum una *p*, communia *v* 2 tantum *CRv*: tamen *H*, utendum *p* 3 id est *scripsi*: est *HRG, om. C* 4 inginis modo *C* | non *nos*: in *P*, *om. G* | latino *R* 6 inclausibilis *R*: inclausabilis *CH*, inclusibilis *G* 7 inclusibilis ad *G* | inclaudibilis *P*: inclaudicabilis *G* | irrationale *H* 9 mensis *om. R* | Iano *R*: Iana *H*, a iano *G* | consecratus *G Isid.* 5,33,3. | Ianus *G*: Ianuarius *P* 11 ianua *G*: Ianus autem *P* | est bifrons *P* 12 quia *nos*: qui *libri* 13 propter *G*: *om. P* 15 sit *G*: sunt *P* 17 consecrauerunt *R Isid. l. c.*: … car *C*, cum… car *H* 19 non a *Isid. l. c.*: nam *CH 2. m.*, natura *HR* 20 *Αφροδίτη R*: Aprodita *H* 22 *ἀφρός R*: Aprilis *H*, aphrodis *Isid. l. c.* 30 ut October quia octauus *om. H*

Intendere [autem] multa quidem significat. intendere obducere, coronare uel ligare, ut Virgilius: 'intenditque locum sertis'. item intendere minari. Sallustius: 'manum in os intendens'. Intendit criminator aut caedem aut iniuriam. difficile tamen in bono est.

Iuuat, delectat, prodest.

Incessunt, accusant.

Impunita, quae poenam euasit, id est quae punita non est.

Indoles, nobilitas generis.

†Incubitus dicitur ab incumbendo siue iacendo siue aliena optando.

Inuisi, inimici felicitatibus uel odiosi.

Inurere, infigere notas uel insignia uel maculas, ut solent equos uariis signis ferro candenti designare uel alia animalia.

Indepisci est aliquid incipere et perficere ac potiri.

Incola dicitur, qui aliquem locum [ad se pertinentem] incolit.

** Pan uero est, quem pagani deum dicunt uel incubum appellant, caprinis pedibus, barbatum, rubicunda facie, in dextra fistulam, in laeua uirgam tenentem. quem quidam uolunt rerum et totius naturae deum, unde Pana quasi omnia appellant.

Inlitus, linitus.

Iuuenale phaos, semper uirens et numquam senescens lumen, ut si de sole dicamus.

Infit, incipit fari.

---

1 autem *P*: *om. G* 2 abducere *R* 4 intendens *G*: tendens *P* | criminator *G*: criminatur *P* | aut caedem *G*: aut caedere *HR*, *om. C* 6 delectat libet *G* 7 Incessunt *p*: Incessant *vmr*, Incensant *R*, Inteusant *H* | recusant *P* 10 Iucubitus] *fort.* Incubus | aliena *G*: alieno *P* 11 optando *R*: aptando *CH*, cupiendo (capiendo) *G* 13 infigere *G*: infligere *P* | insignia *P*: signa *G* 16 Indepisci *Mai in marg.*, Indepiscis est *G*, Indespicere *P* 17 ad se pertinentem *om. C* 19 Inuus uero Pan est? 20 priuis *C*, caprinis ω | in dextra fistulam *om. C* 21 quidam *C*: *om.* ω 22 Pana *R*: pagani *CH*, pan *G Isid.* 8,11,81. 24 Ilitus *P*, Inlatas *G* | linitus *R*: linitas *HG*, linitus *C* 25 Iubenale *P*, Iubeneula *G* | phaos *nos*: pharos *libri*

1 intendere] *Plaut. Mil.* 2,4,27. *Pseud.* 4,7,45. *Virg. Aen.* 4,506. *Non.* 329,3. Intendere, innectere, illigare. *lib. gloss.* Intendere est criminari aut ad caedem aut ad iniuriam. perraro tamen in bono est. 19 ** pan] *Seru. Aen.* 6,776. Inui id est Panos qui illic colitur. Inuus autem latine appellatur, graece Πᾶν .... dicitur autem Inuus ab eundo passim cum omnibus. unde et incubo dicitur. *de u.* Pan *cf. Seru. Ecl.* 2,31. *Philarg. in eund. loc. Isid.* 8,11,81. 27 infit] *Plaut. Asin.* 2,2,76 *etc. Fest. Paul.* 112,9. *Cledon.* 1916,47. *P.*

Infulae sunt ornamenta omnium honorum et dignitatum, et equorum ephippia siue freni.

Ingluuies, gula uel uoracitas.

Impraesentiarum pro 'in praesenti'.

Insectandi et compellandi, cum iniuria appellandi.

Indiges dicitur interdum hemitheus, ut supra dictum est, ab indigendo diuinitate. qui cum homines fuerint, dicuntur tamen diuini. dicunt etiam quidam indigetes deos naturales et caelestes a contrario, quod nullis indigeant.

Itidem, iterum atque iterum. interdum et pro 'similiter'.

In aeternae uitae crepidine fundatus, in fine et propinquitate uitae aeternae constabilitus.

Inextricabile, inresolubile, quod numquam finitur. facit aduerbium 'inextricabiliter'.

Insignit, insigne facit uel signum imponit, translatum ab animalibus, quae nota signantur.

Immensorum thesaurorum ratio quidem facit, sed propter euphoniam 'immensum' dixit.

Infarsisti, repleuisti.

In speculis, in aspectibus uel in uisibus.

Infercis, reples.

Intemerare, ualde contingere, uel populari atque uastare.

Iuuentus, iuuentas, iuuenta. iuuentus iuuenum multitudo. iuuentas dea iuuentutis. iuuenta ipsa nostra aetas est. sed nostri in plerisque locis aliter posuerunt.

---

1 Insule *C* | honorum omnium rerum et dignitatum *G* 2 freni, aliter epithia *R* 4 in praesenti *G*: impraesenti *P* 5 compellandi *Hv*: compellendi *Rmr* 7 diuinitate *R*: diuinitatem ω | dicuntur *nos*: indiguerint dicuntur *C*, indiguerint *HR*, indiguerunt *G* 8 diuinis *libri* | indigetes *C*: indigentes *HRG* 10 interdum et pro similiter *om. G* 11 fundatus *Cv*: fuit datus *HR* 12 constabilitus *Cv*: constabilius *R*, constabili *H* 13 inresolubile *HG*: iure solubile *C*, *om. R* 17 Inmenseum *C* 18 Inmensium *C* 19 Infarsisti *C*: Infersisti *RG*, Infercisti *H* | repleuisti *C*: replesti ω 21 Infertis *C* 23 iuuentas *R*: iuuentus *H*, *om. v* 24 iubenta dea — iubentas ipsa *v*

3 ingluuies] *Fest. Paul.* 112,2. *Seru. et Philarg. Georg.* 3,431. *Isid.* 10,138. 6 indiges] *Seru. Aen.* 12,794. Et indigetes dii duplici ratione dicuntur uel secundum Lucretium, quod nullius rei egeant ... [uel quod nos deorum indigeamus, unde quidam omnes deos indigetes appellari uolunt. alii patrios deos indigetes dici debere tradunt. alii ab inuocatione indigetes dictos uolunt, quod indigeto est precor et inuoco]. uel certe indigetes [sunt dii ex hominibus facti: et dii indigetes] quasi in diis agentes. *cf. eund. Georg.* 1,498. *Macrob. som. Scip.* 1,9,7. 15 insignit] *Fest. Paul.* 114,7. *Non.* 130,22. *Seru. Aen.* 11,386. 17 immensorum] *u. Neue, Formenl. d. l. Spr.* II, *p.* 17. 70. 23 iuuentus] *Isid. D. V.* 310. Iuuentus est iuuenum multitudo, iuuentas autem dea iuuentutis. iuuenta uero decus iuuentutis et ipsa aetas. sed auctores nostri in plerisque locis aliter posuerunt. *cf. Prob. Append.* 200,17. *K. Suet. Prat. V. Diff.* 274,10. *Seru. Aen.* 1,590. *Non.* 433,13.

Iubar, splendor solis uel lunae uel stellarum, quod in modum iubarum radii ipsorum extenduntur.

In inculta domo, non culta.

Inualetudinariorum, languentium.

Inpensa, ab inpendendo, quod est erogando. et scribitur per n.

Impraeiudicata, non iudicata, non audita.

Ingeri est offerri, ut est: 'ingessit se iudiciis' id est obtulit.

Innixus, innitens, ut si quis baculo innitatur aut columnis fabricae.

In burim, in curuationem.

In propatulo *id* est in aperto. 'patula' enim et 'propatula' dicuntur loca diffusa et dilatata.

Ineuitabilis dicitur, qui fugi non potest uel declinari.

Ingruit, imminet, impendet ut tempestas.

In flustris, in portu.

Impilasti, conuicio conscidisti. interdum 'castigasti'.

Impulsas, impositas. unde hodie quoque 'impulsari facem' dicimus, quod magis imponi decentius dicitur.

Interibi, interea uel interim.

Ibus, iis, illis.

Iuxta oppidum, prope carceres.

In ridiculo, in risu, in cachinno.

†Idace, antehac.

---

3 in *om. v* 4 Inualetudinariorum *Hv*: Inualitudinariorum *Rmr* 5 Inpensa *RG*: Impensa *CH* | ab *G*: uel *P* | est *om. P* 7 Preiudicata *C* | audita *G*: aucta *P* | non cognita *add. G* 8 aufferri *C* | iudici *G* 9 Innixus *v*: Innexis *P* 11 In burim *P*: Inburim *et* Imburim *G*, *fort.* Imburuum | in curuationem *P*: incuruatio *G* 12 id est *nos*: est *P*, *om. G* 14 fugi *H*: fugere *RG* 15 tempestas ruine uel hostis *v* 16 portu *v*: porta *P* 17 proscidisti *G* 18 facem *CH*: fascem *Rv* 21 Ibussis *C*, Ibulsis *HR*, Ibus his *G* | id est illis *P* | plautus in milite glorioso. ibus stipendia dinumerem *add. G* 22 carceres *v*: carceris *P* 24 Idace *G*: Iudace *uel* Indace *P*, Antidhac *Kettner*. *immo* Antidhace *u. Corssen Ausspr.* II, 271. | ante hac *G*: antebat *HR*, ante ibat *C*

1 iubar] *Varr. L. L.* 7,76. *Seru. Aen.* 4,130. *Isid.* 3,17,18. 4 inualetudinariorum] *Papias*: Inualitudinarius, languens, sine ualitudine. 11 in burim] *ad u.* imburuum, *quod scribendum uidetur esse, cf. lib. gloss.*: Imburim, pars curua, quae aratro iungitur. *et Varr. L. L.* 5,127. 16 in flustris] *Suet. Prat. d. nat. rer.* 157: Flustrum motus maris sine tempestate fluctuantis, uelut Naeuius in bello Poenico sic ait: 'onerariae onustae stabant in flustris' ut si diceret in salo. *cf. Fest. Paul.* 89,6. *Fest.* 382,11. 17 impilasti] *Papias*: Impilasti, impugnasti (impilare '*einem in die Haare kommen*'). 20 interibi] *Plaut. Pers.* 1,3,85. *etc.* 21 ibus] *Plaut. Mil.* 1,1,74. *etc. Non.* 486,11. 22 iuxta oppidum] *Varr. L. L.* 5,143. In circo primo, unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres, Naeuius oppidum appellat. *cf. Fest. Paul.* 184,5. 24 idace] *u.* antidhac *ap. Plaut. Pseud.* 1,1,14. *etc.*

Inuestem, impubem, sine barba.
Instragula, stragula, ab sternendo.
Ingratis, sine uoluntate.
†Infuit dictum ab eo quod praeteritum tempus significetur.
Iuuencam, iuuenem puellam.
Iugi Iunoni, a qua 'uicus iugarius'. ara ibi sita est.
Infelicare, infelicem facere, affligere.
Inuolant, inuadunt, arripiunt.
Iterant, dicunt, indicant.
Inciente, innitente, pariente, a ciendo et inuocando proximos quosque auxiliatores.
Inluuie, incuria, sordibus.
Inclamitari, conuicium pati. interdum 'corripi' est.
Igitur, tum, deinde.
Ingluuiem Cornutus 'uentrem', Plinius 'edacitatem'.
In mundo, in expedito uel ad manum, in procinctu.
†Iaculabor, seruiam. dictum a caculis, qui sunt militares.
Interficito, interrumpe.

---

1 in uestem Impubem *H*: Impubem inuestem *R*, Impubes *C* 3 sine uoluntate nolentia *G* 4 Infuit *R*: Influit *H*, Infundit *v* | praeteritum *v*: praeter *P* | significetur *v*: significet *R*, significat *H* 5 iuuenem *HR*: iuuenam *Cv* 6 unus Iuganus *C* 7 affligere *G*: infligere *P* 9 Iterant *RG*: Interant *C*, Interunt *H* | inducant *C* 10 innitente *HRG*: in intente *C* 11 quosque *Rr*: quoque *ω* 12 Ingluuie *H* 14 tum *G*: dum *P* 15 Plinius *HR*: plenius *C*, plenus *v* 16 in expeditu *v*, expedito *P* | in procinctu *scripsi*: procincto *libri* 17 Iaculabor *Cv*, Iani labor *HR*, *immo* Caculabor | seruiam *HR*: seruium *C*, seruum *v* | caculis *nos*: calculis *v*, iaculis *P* 18 Interficito *scripsi*: Interficto *Rv*, Interfecto *H*

1 inuestem] *Fest. Paul.* 368,9. inuestis, qui necdum pubertate uestitus est. 3 ingratis] *Plautus Cas.* 3,3,15. *etc.* 5 iuuencam] *Papias*: Iuuenca, iuuenis foemina. *O P p.* 288: Iuuencula, iuuenis puella. 6 iugi iunoni] *Fest. Paul.* 104,13. Iugarius uicus, quia ibi fuerat ara Iunonis Iugae, quam putabant matrimonia iungere. *cf. Seru. Aen.* 4,16. iugali autem propter iugum, quod imponebatur matrimonio coniungendis. unde et 'Iuno iugalis' dicitur [quidam iugali accipiunt pro coniugali per ἀφαίρεσιν etc.]. 7 infelicare] *Plaut. Merc.* 2,3,98. *etc.* 8 inuolant] *Plaut. Amph.* 1,1,89. *Non.* 32,31. 128,17. 9 iterant] *cf. Cas.* 5,2,5. 6. 10 inciente] *aliter Fest. Paul.* 97,15. Inciens, propinqua partui, quod incitatus sit fetus eius. *de* inciens = ἔγκυμων *cf. lexica.* 12 inluuie] *Plaut. Most.* 1,1,39. *Non.* 125,25. 573,11. *Seru. Aen.* 3,593. 13 inclamitari] *Plaut. Epid.* 5,2,46. *cf. Fest. Paul.* 108,1. Inclamare, conuiciis et maledictis insectari. 14 igitur] *Plaut. Mil.* 3,1,177. *etc. Fest. Paul.* 105,2. Igitur nunc quidem pro completionis significatione ualet, quae est 'ergo'. sed apud antiquos ponebatur pro 'inde' et 'postea' et 'tum'. 16 in mundo] *saepius apud Plautum. Charis.* II 201,10. *K.* In mundo pro palam et in expedito ac cito. *cf. Fest. Paul.* 109,11. 17 iaculabor] *ad u.* caculabor *cf. Fest. Paul.* 46,14. Caculatum, seruitium. *et* Caculae *p.* 23. 18 interficito] *Apul. Met.* 11. Singultu crebro sermonem interficiens.

Impatibile, quod quis pati non potest.
Inmoene, improbum, culpandum. uel interdum 'munere liberatum'.
Iecore, iecinore.
†Infermento est iter infermentari, id est taciter dissimulanter intra serunt.
Imploratis, inuocatis.
Indu te, erga te uel ante te.
Iurgio, incursatione.
Interstat, interest.
Iuge, sine defectione, perenne ac perpetuo fluens.
Iudicatus, iudicio addictus damnatusque.
Infrequens, absens, alienus. dictus a militum ignominia, qui cum uocati non adfuissent, infrequentes notabantur.
Infundis, unguis, oblinis.
Insequis, narras, refers. sed interdum 'pergis'.
Infuruas, infuscas, offundis.
Immerito, non merito.
Insortem, †infelicitatem.
Instauror ab instar uel similitudine.
Istamcine, istam ergo.
Iactatus, inductus, captus.

---

2 Inmoene *HRv*: Immune *C* 4 iecinore *Cm*: iocinore *HR* 5 Infermento *Cv*: In fermento *HRm* | et *C*, est *ω* | iter infermentari *libri*, intra fermentari *Mai* | taciter *R*, taciter ad *C*, tacit et *H 1. m.*, tacita *v*, tacito *mr* | dissimulanter *R*, simulanter *C*, dissimulantes *H*, dissimulata *v*, dissimulato *mr* 6 intra *P*, temus *v*, itinere *mr* | intra serunt *P*, transierunt *G* 7 Inrogatus inuocatus *G* 11 ac *P*: aut *G* | perpetuo fluens *G*: perpetuum *R*, perpetuam *H* 13 dictum *R* 15 Infundis *scripsi*: Infindis *HR*, Infidis *C*, Infinidis *G* | unguis *nos*: ingens *libri* | oblinis *nos*: oblitus *P*, obitus *G* 17 infuscas *G*: insulas *P* 19 infelicitatem] *fort.* infelicem 20 Instauror ab *Mueller*, Instabor *libri* | similitudine *Papias l. c.*: similitudo *libri*

2 inmoene] *Plaut. Trin.* 1,1,1. *Fest. Paul.* 109,23. Immunis, uacans munere. aliquotiens pro improbo ponitur, ut apud Plautum: 'immune est facinus'. 4 iecore] *Prob. Cath.* 13,21. *K. Charis.* I 30,14. 48,20. *Prisc.* 238,16. *K. etc.* 7 imploratis] *Fest. Paul.* 77,1. *et* 109,3. Implorare, inclamare, auxilium inuocare. *cf. Fest.* 230,10. *Seru. Aen.* 10,19. Implorare est auxilium cum miseratione deposcere, qua ratione bene dicimus: 'imploro te, ut auxilium misero feras'. 12 iudicatus] *Plaut. Men.* 1,1,20. 13 infrequens] *Fest. Paul.* 112,7. *Gell.* 16,4,5. 16 insequis] *cf. Fest. Paul.* 111,11. Inseque ap. Ennium 'dic'. insexit, dixerit. *Gell.* 18,9,3. .. inseque quasi 'perge dicere' et insequere *etc. gloss. Labb.* Inseque, εἰπέ. 20 instauror] *Papias*: Instaurare, reparare, ab instar dicitur id est similitudine. *Fest. Paul.* 111,4. Instaurari ab instar dictum est, quum aliquid ad pristinam similitudinem reficitur. 21 istamcine] *Prisc.* XII 593,14. *K.* Illiusce, istiusce, istucce ueteres dicebant teste Papiriano, qui de orthographia hoc ostendit.

Impeditus, implicatus uel inretitus.
Intercus, hydrops.
Impotens, impos uel sine potentia. interdum 'praepotens'.

Glossae per K litteram.

Kalendae, mensis inceptio.
Kaput, prima pars hominis.
Kalumnia, iurgium litis.

Glossae per L litteram.

Ludicrum, spectaculum ludibriosum.
Lemorum, laruarum.
Lupam, meretricem, a rapacitate uel a libidine huius animalis, unde et lupanar dicitur.
Lepidula, festiua.
Ludibunda, adulescens.
Laudare, nominare uel referre.
Litum os, patientiam calcatam uel credulitatem inrisam.
Lorarius, tortor.
Latrinis, locis, quibus solebant lauari sordida.
Lustris, locis abditis, in quae potandi libidinumque causa secedebant.
Longinquius, longius, ulterius.
Lacessam, uocabo.
Lucide, palam.
Lues, solues.
Larunda, quam quidam 'lamiam' dicunt.
Limitasses, conlocasses.

---

1 Impeditus *scripsi*: Impetus *v*, Impitus *PG* 7 lis *Papias* 9 Ludicrum *HR*: Ludricum *C*, Ludicro *G* | ludibriosum *nos*: ludibrio *CH*, ludibrium *R* (ludibrio exspectaculo *G*) 10 Lemorum *CG*: Lernorum *H*, Lemurum *R* 12 lupanar dicitur *P*: lupa *G* 15 uel *HR*: et *C* 16 Litum os *Kettner*: Litumos *libri* | credulitatem *nos*: crudelitatem libri | inrisam *G*: in risum *H*, in ritum *CR* 18 loci *R* 19 libidinandique *G* 22 uacabo *C* 25 Larunda *Camr*: Larundam *Rv*, Larumdam *H* | lamiam *Papias*: laniam *v*, uiam *uel* niam *P* 26 Limitasses *scripsi*: Limasses *libri*

1 impeditus] *Seru. Aen.* 5,593. Impediunt, implicant, intexunt. quod a uestibus tractum. 2 intercus] *Plaut. Men.* 5,4,3. *Seru. Georg.* 1,124. Veternus autem dicitur morbus intercus id est ὕδρωψ, qui homines efficit pigros. 15 laudare] *Fest. Paul.* 118,3. Laudare ponebatur apud antiquos pro nominare. *cf. Gell.* 2,6,16. *Non.* 335,7. 16 litum os] os sublinere *ap. Plaut. Epid.* 3,4,59 *etc.* os oblitum *Curc.* 4,4,33. 17 lorarius] *Gell.* 10,3,19. 24 lues] *cf. Seru. Aen.* 1,136. 11,842. 25 larunda] *Class. Auct. ed. Mai* 6,531. Lar, maleficus incantator.

Latro, satelles, dictus a lateris custodia.

Liuitus sine praepositione 'oblitus, immemor'.

Laterna punica, a pellibus, quas ab angulis tegularum adfixas extendunt.

Libassius, Liber pater.

Luculentassit, luculentum fecerit.

†Luncus nominatiuus glossematicos, lucunti.

Lamenta genere neutro, numero semper plurali. lamentus autem genere masculino dicunt Iudaei et eorum filii cimices non lecti genialis, sed sandapilae amphitheatralis.

Lepidus, mollis, dicitur a lepore, quod animal mollissimum est. facetus uero, qui iocos gestu et factis commendat, a faciendo dictus.

Libitina est dea paganorum, libidinis dea, quam quidam Venerem infernalem esse dixerunt. tamen et libitina dicitur lectus mortuorum uel locus, in quo mortui conduntur.

Laestrygones gentes sunt crudelissimae, ut Cyclopas diximus.

Lepos, urbanitas elegans et mollis ac faceta. unde homines tales 'lepidi' uocantur.

---

2 Libitus *Papias*, Libidus *v*, *om. P* 3 quas *p*: quasi *HRG*, qui *C* | angulis *mr*: uinculis *C*, unculis *Rpa*, onculis *H* | tegularum *p*: et gularum *P*, regularum *vam* 4 ad fiscas *H* | extendunt *Hp*: extendent *CR*, ostendunt *G* 6 Luculentassit *scripsi*: Luculeutassat *C*, Luculentasset *R*, Lutulentasset uel luculentasset *H*, Lutuleutus sit *G* | luculentum *CR*: lutulentum uel luculentum *H*, lutulentum *G* | fecisset *P* 7 Luneus *C*, Luneuns *HR*, Lucuus *p*, Lucus *v*, *fort.* Lucnus = λύχνος | glossematicos *v*: gloseimaticos *HR*, gloseimatidos *C* | lucunti *P*: lucnit *v*, *fort.* lucerna. 8 Lamenta *G*: *om. P* | generis neutri *C* | lamentus *G*: L. mentus *R*, l. nieutus *H*, uel neutri *C* 9 dicuntur *H* 10 legitimalis *H m. 1.* | sandapilae *nos*: Gaudapile *C*, scandaphilae *HR*, sananda pile *G* 12 facetus modo *C* 15 dixerunt. sed hoc poete fingunt *G* 18 Lestrigones *C*: Listrigones *Papias*, Listrigonae *HVat.* 1552. *G* | Cyclopas diximus *P*: ciclopes *G* 21 lepidi *P*: lepodium *v*, lepudium *p*

1 latro] *Plaut. Mil.* 1,1,74. *Varr. L. L.* 7,52. Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt. aut qui conducebantur. ea enim merces graece dicitur λάτρον. *cf. Fest. Paul.* 118,16. *Seru. Aen.* 12,7. 2 liuitus] *Cassiod. orth.* 2317,10. *P.* Obliuiscor non simplex sed compositum est. compositi scilicet huius simplex latet in antiquis nominibus et monumentis. liuisci enim obliuisci est, liuitus, quod nos hodie per elisionem 'oblitus'. 3 laterna punica] *Plaut. Aul.* 3,6,29. Volo ex te scire, qui sit agnus curio. Qui ossa atque pellis totust, ita cura macet. Quin exta inspicere in sole etiam uiuo licet. Ita is pellucet, quasi laterna punica. 14 libitina] *Varr. L. L.* 6,47. A lubendo libido, libidinosus ac Venus Libentina et Libitina. 20 lepos] *Plaut. Cas.* 2,3,18 *etc.*

Licet aduerbium permittentis esse intelligitur.

Libare est leuiter aliquid contingere, ut si quis inuitatus ad conuiuium uel potum perexiguum quiddam de esca uel potione sumat.

Longe, ualde, uel nimium, satis.

Litua, uirga incurua pastoralis, generis feminini.

Lembus, nauis breuis.

Lucinam alii Iunonem, alii Dianam dicunt, quae parientibus praeest.

Limbo, purpura.

Lynx genus ferae agrestis uariae, similis leopardo, Libero patri sacratum.

Liberauit de praeterito per u, liberabit de futuro per b scribitur.

Lymphari est bacchari et furia quadam aut daemonibus impletum rotari huc atque illuc et discurrere, sicut lympha id est aqua [sicut aqua] huc atque illuc diriuata aut fusa discurrit. sunt quidam qui dicunt, lymphaticos spiritu quodam aquarum perturbatos agitari.

Libentia nomen fictum ab eo, quod dicitur 'libet'.

Lampenae, stellae quaedam sic dictae.

Liniamenta, extremitates corporum, ut puta, ubi finitur tendens deorsum auricula. unde pictores liniamenta appellant designationes singulorum locorum in imagine uel impressiones, quas postea coloribus manifestant.

Lacus, exceptoria, in quae aqua decurrit. et scribitur una c.

---

2 leniter *H* 3 quiddam *G*: quoddam *P* 5 Longe *G*: non *P* | manifeste aut ualde *G* | nimirum talis *H* 6 Litua *P*: Lituo *v* | pastorali *H* 8 Dianam *P*: ianam *vm*, lunam *Papias* | partubus *Papias v m. 2.* 9 praesit *H* 10 Limbo *G*: Limuo *P* 18 lymphaticos *R*: lymphatico *ω* 20 libentia *v*: Liuentia *CR*, Liueneia *H* | fictum *Hv*: factum *CR* | liuet *P* 21 quaedam *nos*: quae *C*, quidem *va*, *om. R* 24 locorum *HR*: *om. CG* 26 exceptoria *scripsi* (*cf. ap. Papiam*: Exceptorium, collectorium, lacus): exceptorie *HG*, exceptiones *R* | quae *H*: quas *R*, qua *v* 27 cum uno c *v*

2 libare] *Seru. Aen.* 1,256. 5,92. 5 longe] *Plaut. Most.* 3,3,8. *Non.* 339,9. Longe est ualde. *cf. Seru. Aen.* 1,13. *Charis.* II 203,17. *K.* Longe pro praecipue, maxime. 6 litua] *cf. lib. synon.* (*cod. l. mon.* 14252): Lituus est baculum curuum, quo augures utuntur uel pastores. 10 limbo] *Non.* 541,25. Limbus, ut adnotatum inuenimus, muliebre uestimentum, quod purpuram in imo habet. *cf. Seru. Aen.* 2,616. 4,137. *Isid.* 19,33,7. (*lib. gloss.* Limbo, clauo). 20 libentia] *Plaut. Stich.* 2,1,3. *OP p.* 327. Libentia, libitum. *ibid. p.* 314: Libet uerbum defectiuum. inde . . . haec libentia. 26 lacus] *Varr. L. L.* 5,26. *Seru. Aen.* 8,74. *Georg.* 4,363.

Locis his, quae eruerant, repletis, metaphora a fossis, fossae enim erui dicuntur. dicuntur et homines erui, si a multitudine detenti liberentur.

Lebeta, olla, generis feminini.

Lacessere ** metaphora a canibus uel a feris, quae solent lacerando prouocare. uerbum coniugationis tertiae correptae.

Laniena locus, ubi animalia mactantur, dictus a laniatura.

Labirinthus, locus in Creta insula, parietibus obscuris circumtextus, quem aedificauit Daedalus artifex.

Lacunaria sunt, quae cameram subtegunt et ornant, quae et 'laquearia' dicuntur.

Loramentis, laquearibus.

Lacteus circulus, uia, quae in sphaera uidetur quasi alba. quem alii dicunt animis heroum antiquorum refertum esse et merito resplendere, alii uero uiam esse, qua circuit sol, et ex splendoris ipsius transitu ita lucere.

Ludibrium est aliqua res, quae ludo et contemptu digna est. modo etiam 'ludibria' pro omnibus criminibus dicimus.

Loculos. locus dicitur ad aliquid ponendum in terra factus. unde tractum est per deminutionem, ut loculos dicamus et locellos ad uestes uel pecuniam custodiendam.

Laestrigones, feri homines, ut Cyclopes fuisse dicuntur Italiae uicini.

---

1 repletis locis quae uacuauerant repletis *G* 2 erui *G*: herbi *C*, herbae *HR* | erui *G*: herbi *CR*, erbi *H* 3 detenti *G*: denti *HR*, danti *C* 8 Labirinthus *C*: Laberinthus *H*, Laberintus *G Vat.* 1552 *m. 2.* 9 circumtextus *CR*: circumtectus *H*, circumtectis *v* | Didalus *C* 12 Loramentis *G*: Laurentis *C*, Lornentis *H*, Lomentis *R* 13 sphaera *G Isid. l. c. Papias*: sero *P* 15 uero *Hv*: modo *C*, *om. R* | qua *C Isid.*: quam *HR* 16 et orum splendere splendoris *C* 17 contemptu (contemptui) haberi *G* 18 et iam *CH* 19 Loculos *Rv*: Luculos *H*, Luculus *C* 20 locus *CH* 23 a loco Italiae uicino *v*

4 lebeta] *Prob. Append.* 194,5. *K.* Nomina generis masculini, quae ablatiuo casu numeri singularis a littera terminantur et nominatiuo casu numeri singularis a littera definiuntur: Catilina, Phaedria, lebeta, Agrippa. *ibid.* 197,7. 5 lacessere] *Non.* 133,29. Lacessere positum pro prouocare. *Charis.* III 256,3. *K.* Lacesso ex eo, quod est lacero. sed hoc uariat. lacessere enim concitare est. 10 lacunaria] = *Isid.* 15,8,6. 19,12,1. 12 loramentis] *lib. gloss.* Loramenta. tabulae uel alia ligna, quae immittuntur parietibus, loramenta dicuntur. und et Salomon: 'Loramento', inquit, 'ligneo circumdatum fundamentum aedificii non dissoluitur'. 13 lacteus circulus] *Isid.* 3,46,1. Lacteus circulus uia est, quae in sphaera uidetur, a candore dicta, quia alba est. quam aliqui dicunt uiam esse, qua circuit sol, et ex splendoris ipsius transitu ita lucere. *u. Ouid. Met.* 1,168. *Macr. Somn.* 1,15,1. lacteum circulum uirtutibus debitum et beatorum coetu refertum *etc.* 19 loculos] = *Isid.* 20,9,3.

Lancino est lanio frequenter.

Lancinare, per lances diuidere.

Luum, pestium. hae lues harum luum enim dicuntur.

Lemniscata, maior palma gladiatorum. est nomen productiuum generis feminini.

Glossae per M litteram.

Multifariam multifarie aduerbialiter utrumque dicimus bene.

Magnalia in nullo auctore leguntur, quia est uerbum nimis uilissimum, nisi forte in aliquibus antiquis.

Malus granata arbor generis feminini, pomum uero generis neutri est.

Maturrimum etiam et maturissimum dicimus. denique Sallustius in historiis ʻmaturrimum' magis quam ʻmaturissimum' dixit.

Mausolea sepulchra seu monimenta regum, maxime Aegyptiorum, a Mausolo illorum rege dicta sunt.

Manubiae dicuntur spolia hostium, quae a rege aut duce cuiusdam manibus deportantur, ut ʻexuuiae' et ʻinduuiae' dicuntur.

Munifica et munificus dicitur, qui alicui multa munera dat, uel ille, qui munus suum id est officium quod debet implet, ut puta ʻmunifica Sicilia imperio romano', id est quae ei impositum munus praestet *id est* obsequium.

Macte uerbum est bene alicui optantis, ut Virgilius dicit: ʻmacte noua uirtute puer', hoc est multum aucte, magne puer et sublimis.

---

3 Liuim pescium *P*, Luum ac pestium *v* | ae lues harum *v*, helesuarium *P* | luum lues enim *libri* | sordes dicuntur *v* 9 legitur *G* 14 maturissimum quam maturium *G* 15 dixit *Rm*: dicit *Hv* 17 Mausolo *R*: Mausoleo *HG Isid.* 15,11,3. | dictum est *libri* 19 cuiusdam *scripsi*: eiusdem *libri* | exubie *G* | indubiae *RG* 24 praestet *P*: prestat *G* | id est *addidi* 25 optanti *CH* | dixit *G* 26 hoc est *P*: id est *G* | hoc est magne *G*

4 lemniscata] *Seru. Aen.* 5,269. Lemniscatas coronas, quae sunt de frondibus et discoloribus fasciis, et sicut Varro dicit, magni honoris sunt. 9 magnalia] *lib. gloss.* Magnalia, salubriora, prosperiora, magnifica, praestantiora. 11 malus granata] *Isid.* 17,7,6. 13 maturrimum] *Charis.* II 205,21. *K.* Sallustius historiarum: ʻuti Lepidus et Catulus decretis exercitibus maturrime proficiscerentur.' *cf. eund.* I 114,14. *Prisc.* III 95,12. *K.* 21 munifica] *cf. Plaut. Amph.* 2,2,212. *Isid.* 10,167. Munificus dictus uel quia alicui munera multa dat, uel quia munus suum, id est officium, adimplet. *Charis.* I 81,4. *K.* munificus munera largitur. 25 macte] *Virg. Aen.* 9,641.

Meditullium dicitur locus, in quo aliqua meditantur siue ad docendum siue ad discendum.

Murex dicitur cochlea maris acuta, quae alio nomine conchylium nominatur, ex qua purpura nobilis inficitur. dicuntur et murices petrae in litore similes muricibus uiuis, acutissimae et nauibus perniciosae.

Mysta graecum est, id est mysterii auctor. summysta, qui sub eo est.

†Mulcito, frequenter mulceo. mulcere enim blandiri est uel uerbis blandis delinire animum, a mulso id est melle, quod acceptum lenire solet fauces dolentes aut oppletum sordibus stomachum soluit.

Mitra est pilleum Phrygum uel Persarum, aut ornatus capitis.

†Mattya, intestina, quae sordes emittunt. unde mattyarii dicuntur, qui eadem tractant aut uendunt.

Margo, *extrema* pars cuiuslibet loci, ut puta maris. et est generis communis, ut hic et haec margo.

Mulcator corporis, qui corpora afficit uel cruciat.

Molari exiguo, saxo uel breui uel modico.

Morbus regius, genus quoddam morbi sic nuncupati, quia tanto potior est, quanto deterior ceteris omnibus.

Meritissime, dignissime.

Medullitus capti, usque ad penetralia medulla detenti.

Munia, tributa, munera uel officia.

---

1 locus *G*: *om. P* 3 Maurex *C* | conchylium *Isid. r Papias*: conchylia *P*, concilio *va* 4 nominantur *C* 5 muricibus *mr Papias Isid.*: murices *Cv*, muricis *Ra*, murice *H* | uiuis *G*: huius *P* 7 Mysta *R*: Mixta *C*, Mista *HG* | auctor uel curator *H* | summista *uel* summistra *P*, simmista *G* 8 siue qui conscius misterii *add. G* 9 Mulcito *scripsi* (*cf.* quaeritare, coquitare *similia*, *et* Mulciber): Multico *Papias*, Mulcifico *p*, Multifico *v*, Mulsito *Kettner*, *om. P* | frequenter — est *G*: *om. P* 10 delinire animum *G*, dele in ream (reani *H*) *CH*, deleniens *R* | translatio a mulso *G* 11 lenire solet *Kettner*: lenire *CH*, linire *G*, lenit *R* 12 soluit *P*: solet *G* 13 est *G*: *om. P* | pilleum *G*: pallium *P* | Phrygum *Wilmanns*: frigium *P*, frigeum *G* | capitis de ueste *G* (deuotae? *cf. Isid.*) 14 Mattya *p*, Mathia *v*, Matia *Papias OP p.* 348, *om. P*, *fort.* Mattyae. *cf. Varr.* | matiarii *v Papias*, Mitrarii *C*, matuiora *H*, ematiciarii *R*, maciarii *p* 16 extrema *add. Kettner et Areu. ad Isid.* 14,8,42. | maris. unde et nomen accepit *G Isid.* 18 corporis *om. G* 20 Morbus regius *R*: Morbum regium *ω* | quia *R*: qui *ω* 21 item regium morbum quidam inde existimant dictum, quod uino bono et regalibus cibis facilius curetur *add. G* 22 Meritissimo *Kettner* 23 Medullis *G* | capti usque *G*: capitque *P* | medulla *libri. fort.* medullae

13 mitra] *Isid.* 19,31,4. Mitra est pileum Phrygium caput protegens, quale est ornamentum capitis deuotarum. *cf. Seru. Aen.* 4,216. 9,616. 14 mattya] *cf. Varr. L. L.* 5,112. Matteae ab eo quod Graeci *ματτύαι*. 16 margo] *Isid.* 14,8,42. *Charis.* I 65,6. *K. Prisc.* V 145,24. VI 208,12. *K.* 23 medullitus] *Fest. Paul.* 123,19. Medullitus, ex intimis medullis.

Moris quippe, habet morem uel consuetudinem uel usum.

Meticulosus, metuendus.

Municipes, curialium maiores, ex eo quod munera fisci îdem accipiant.

Mordicus tenens, morsu quasi tenens.

Mutilare est aliquid, quod sit integrum, detruncare, ut si quis homini manum amputet, mutilabit eum, aut arboris partem aliquam uel aedificii.

Menenca in cerebro membrana quaedam uel pars cerebri. est autem graecum.

Magno opere †est ad magnum opus esse quemquam necessarium.

Minitari est alicui plagas uel caedes minari.

†Mulcitator, delinitor, compositor. mulcere enim delinire est, a mulso dictum.

Moliri conari est aut aliquid cum mora agere.

Manticulatio, fallacia uel lenocinium.

Murgiso, irrisor, illusor.

†Masio, malo.

Manticulam, uiatoriam peram.

Manifestarium, nocentem uel noxium.

Mulcantem aerumnas, misere uiuentem. aerumna est miseria.

Magmentum alii pinguissimum extorum, alii secunda pro-

---

1 usum habet *G* 4 idem accipiant *G*: demancipiant *R*, demancipant *H* 7 mutilauit *G* 8 aedificii auferat *G* 11 Magno opere *va*: Magnopere *Pmr* 14 Mulcitator *scripsi*: Mulctator *H et Dieffenbach in gloss. l. germ.* 1851. *et in nou. gloss.* 1867., Mulcator *RG Papias Isid.*, Mulsitator *Kettner* 16 conari est *G*: conamen *P* | aut *nos*: est *P*, et *G* 17 Menticulatio *H* | lenocinium *G*: lenotisia *P* 18 Murgissor *P*, Murgison *vamr*, Murgisso *Papias*, Murgisson *Duebn. codd. paris.* | illusor *Papias*: lusor *PG* 19 Masio *P*, Massio *G. fort.* Matiano (Mattiano) | malo *R*: Malio *H*, mallo *G* 24 Magmentem *P* | extorum *Mueller*: exterum *G*, et cete *C*, excernere *HR*

3 municipes] = *Isid. D. V.* 371. 9 menenca] = μῆνιγξ. *Papias*: Menigan (meningam?) Graeci uocant membranam capitis. *id.* Menia (meninga?) graece membranula cerebri uel uentris dicitur. 13 minitari] minitarier *Plaut.* 3,4,3. *Bacch.* 1,2,44. 14 mulcitator] *Isid.* 10,179. Mulcator eo quod blandis uerbis mulceat ad declinandum animum. translatio a mulso, id est quod acceptum lenire solet fauces dolentes aut oppletum sordibus stomachum. 18 murgiso] *Fest. Paul.* 144,11. Murgisonem dixerunt a mora et decisione. *gloss. Isid.* Murgiso, callidus murmurator. 19 masio] *ad u.* matianum *u. Macr. Sat.* 3,19,2. *Isid.* 17,7,3. *Plin.* 15 § 49. *Colum.* 5,10,12. 20 manticulam *Fest.* 133,18. Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro saeculo fuit. 21 manifestarium] *Plaut. Aul.* 3,4,10. *Trin.* 4,2,50. *OP p.* 335. Manifestarius, id est aperte aliquid et manifeste faciens. 24 magmentum] *Varr. L. L.* 5,112. *Fest. Paul.* 128,4. *Seru. Aen.* 4,57.

secta. Cornutus: 'quicquid mactatur' id est quicquid distrahitur.

Mauellem, magis uellem, [interdum] mallem.

Multi facere, magni facere.

Municare, communicare, dictum a muniis id est operibus.

†Multi equibus pro uiduo fingitur.

Manas, malas, maxillas.

Moraciis, nucibus longis.

Masucium, edacem.

Murrinam, uinum murra conditum.

Mulleos, calciamenti genus, a colore mullorum.

Maspiter, Mars pater.

Mentitor, inuentor.

Mu adhuc in consuetudine est. unde 'mutire' dicimus.

Miniacoctum, aciae uox.

Mirionem, turpem, ueluti miriorem propter foeditatem.

Macere, macie infestari.

---

1 mactus *P* | distrahitur *Papias*: distratur *a*, distatur *R* 3 Mauellem *scripsi*: Maliellem *a*, Malliellem *Rv* 4 magnificare *Hp* 5 Municare *C*: Meunicare *H*, Mennicare *R*, Moenicare *G* | muniis *CH m.* 2.: menis *HR*, moeniis *Plac. ap. Muell. ad Festum* 153,22. 6 Multi equibus (e quibus *R*) *P*: Multicie quibus *G* | uiduo *P*: uidi uideo *G* | fingitur uel fungitur *R et H m.* 2. 8 Moragiis *r Papias*, Moragis *ω* 9 Masucium *Festus*: Massucum *G*, Matum cum *H*, Masum *R* | euendacem *R* 10 Murrinam *va*: Murrinum *P* 11 Mulleos *p*: Mulleas *C*, Mulleo *HR* | mullorum *G*: albo *P* 12 Maspiter *CPapias*: Marpiter *H*, Maspiter *Rv* 13 Mentitor *nos*: Mentor *RG*, Mensor *H* 14 mutire *Kettner*: mugire *libri* 15 Muniacotum *G* | aciae *Mai*: acie *Pva*, aciei *p Papias* 16 Mirionem *Varro*: Meriorem *libri* 17 Macere macie *G*: Macie maciei *P* | infestari *Mai*: infestare *libri*

4 multi facere] *cf. Plaut. Rud.* 2,3,50. *Fest. Paul.* 152,5. Multifacere dicitur sicut magnifacere et paruifacere. 5 municare] *Fest. Paul.* 152,4. Municas pro communicas dicebant. 7 manas] *Prob. Append.* 195,24 *K.* nomina generis feminini numeri semper pluralis .... manae is, sordes ibus *rlq.* 8 moraciis] *Fest. Paul.* 139,5. Moracias nuces Titinnius duras esse ait. *OP p.* 355. haec moracia, ae, id est dura nux. 10 murrinam] *Plaut. Pseud.* 2,4,51. *Fest. Paul.* 144,9. *Plin.* 14 § 92. *Non.* 551,6. *Gell.* 10,23,2. 11 mulleos] *Isid.* 19,34,10. Mullei similes sunt cothurnorum, solo alto. superiore autem parte cum osseis uel aeneis malleolis, ad quos lora deligabantur. dicti autem sunt a colore rubro, qualis est mulli piscis. *cf. Fest.* 142,26. 14 mu] *Charis.* II 240,3. *K.* Mu Plautus in Caeco uel in Praedonibus: 'quis tu es, qui ducis me? mu perii, hercle Afer est'. *id.* 204,8. Mu pro muttire Lucilius saturarum libro: 'non laudare hominem quemquam neque mu facere, inquam?' 16 mirionem] *Varr. L. L.* 7,64. Miraculae a miris id est monstris, a quo Accius ait personas distortas oribus deformis miriones. 17 macere] *Plaut. Aul.* 3,6,28.

Molocrum, morbum, quem Graeci μυλήκορον dicunt.
Male consultum habet, male consultat et male cogitat.
Munificare, muneribus honorare.
Manducum, ligneam hominis figuram ingentem, quae solet ludis circensibus malas mouere ad quasi manducandum.

Glossae per N litteram.

Nautea, aqua coriis foetida, in qua corium maceratur.
Nanfurae, quod medici 'naphtam' uocant.
Numero, propere, uelociter.
†Artheraterem, aruspicem Tuscum.
Non quitum, non impetratum.
Noscitate, inquirite.
Noegeum, nigrum pallium tenue.
Narria, piscis.
Nefrendem, infantem nondum dentatum, qui frendere cibum nondum didicit, id est frangere.
Noxit, noxia sit uel noceat.

---

1 morbum *G*: mox *P* | μυλήκορον *Fest. Paul.*: milon *C*, milan *R*, milam *H*, milion *vm* 2 habet *scripsi*: habent *C*, habeat ω | consultat *C*: consulat ω | cogitat *Cva*: cogitet *HR* 3 honorare *G*: ornare *P* 4 Mandicum *G* | ligneam *G*: lineam *C margo H*, laneam *R* 5 ludis *C*: *om.* ω | ad *H*: *om.* ω | manducando *G* 7 coriis *nos*: corii *libri* | coria macerantur *G* 8 Nanfurae *H codd. Vat.* 2: Nanfure *Vat.* 2 *Papias*, Namfure *G* | naptam *libri* 9 prope *libri* 10 Artheratorem *Vat.* 1 12 Noscitate *scripsi*: Nesdate *P*, Nesciate *G* 13 Noegeum *Festus*: Nageum *libri* | nigrum *P*: nugium *G* 14 Narria *RG*: Notria *H*, Narica *Plaut. ap. Fest.*, Narita *Scalig. ad Fest.* 15 Nefrendem *CG*: Nefrehdem *H*, Nefredem *R* 16 nunquam didicit *P*, non queat *G* 17 Noxit *HRG*: Noxiat *C*, Noxat *Vat.* 1552. 1889. | noxa *v* | sit *v*: est *P*

1 molocrum] *Fest.* 141,20. Molocrum non solum quo molae uertuntur dicitur, id quod Graeci μυλήκορον appellant, sed etiam tumor uentris, qui etiam uirginibus incidere solet. *Fest. Paul.* 140,7. 4 manducum] *Fest. Paul.* 128,12. *Varr. L. L.* 7,95. *Ioannes de Ianua*: Manducus, ioculator, ore hians, turpiter mandens. 7 nautea] *Plaut. Curc.* 1,2,5. *Cas.* 5,2,44. *Non.* 8,4. *Fest.* 165,27. 9 numero] *Plaut. Men.* 2,2,13. *etc. Fest.* 170,6. Antonius haec ait: numero 'nimium cito', 'celeriter nimium', ut Plautus in Casina *etc. Non.* 352,16. 12 noscitate] *cf. Plaut. Mil.* 2,6,41. *etc.* 13 noegeum] *Fest.* 174,28. Noegeum quidam amiculi genus praetextum purpura. quidam candidum ac perlucidum, quasi a nauco, quod putamen quorundam pomorum est tenuissimum non sine candore, ut Liuius ait in Odyssia: 'simul ac lacrimas de ore noegeo detersit'. id est candido. 14 narria] *Fest.* 166,21. 15 nefrendem] *Fest.* 162,12. *Seru. Aen.* 8,230. *Ter. Scaur. orth.* 2251,7. *P. OP p.* 378.

Numellatus, numella ligatus, id est uinculo, quo quadrupedes alligantur.

Nasiterna, uas aquarium.

Nepos, luxuriosus.

Neniam, finem. alias 'carmen mortuorum'.

Nec ciccum, nihil.

Nullationem, mutationem.

Neglegens usus obtinuit utrimque per g, quamuis et per c in aliquantis legatur, quia c et g unum paene sunt. nam Gaius, cum g sola sit, inuenimus per g et c positum. ergo hoc participium uel nomen ex duobus integris compositum est, coniunctione disiunctiua et 'legens' participio. quodsi gradus habeat, erit nomen, ut 'neglegens neglegentior neglegentissimus', participium 'neglegens neglectus neglegendus'.

Nudus illius rei et illa re bene dicimus. sed frequentius genitiuo utimur.

Nuptiae quamquam ab obnubendo puellis capita dicuntur, et nubes, unde tractum est, per b scribimus, tamen scribuntur per p, quia p littera mitior est quam b.

Nudius tertius cum i dicimus. et est aduerbium temporis.

Neunquam et 'non' significat et 'non ita' et 'non adeo'.

Nothus dicitur, qui de patre nobili et matre ignobili gignitur, cui contrarius est spurius, qui de matre nobili et patre ignobili generatur.

Nihilo setius, nihilo minus uel non aliter.

---

5 Neniam finem *G*: Nemenifinem *C*, Nemeim finem *H Vat.* 1 | mortuum *P* 6 ciccum *a*: criccum *v*, cicerim *P* 8 Negligens *C* 10 sic *H*, sit ω | positum *G*: positam *P* 13 negligens *H* 18 obnubendo *p*: nubendo *P* | puellis *p*: puelle *CR* | dicuntur *CH*: dicantur *RG* 19 et nubes *G*: connubes *P* | scribimus *p*: scribamus *v*, *om. P* | tamen usu per b scribuntur *G* 22 Nequiquam *G* 23 gignitur et matre ignobili *R* 25 est generatus *G* 26 cui nihilo *H* | setius *R*: secius *H*, secutus *v* (Nichilofecius *C*)

1 numellatus] *Fest.* 173,18. Numella, genus uinculi, quo quadrupedes deligantur. solet autem ea fieri neruo aut corio crudo bouis, ut plurimum. 3 nasiterna] *Plaut. Stich.* 2,2,28. *Fest.* 169,11. *Non.* 546,5. 5 neniam] *Fest.* 161,16. Sunt qui eo uerbo 'finem' significari crediderunt, ut ait Plautus in Pseudolo: 'ubi ego circumuortor, cado. id fuit naenia ludo'. *cf. Suet. d. poet.* 19,7. *ed. Reiffersch.* 6 nec ciccum] *cf. Plaut. Rud.* 2,7,22. *Auson. praef. idyll.* 13. Neque Afranius nauci daret neque ciccum suum Plautus offerret. 16 nudus] = *Isid. D. V.* 385. 21 nudius tertius] *Plaut. Most.* 4,2,40. *etc.* 22 neunquam] *Fest.* 162,10. Neunquam ponitur pro 'nulla tenus' et pro 'non ita'. 23 nothus] *Fest.* 174,14. *Isid.* 9,5,23. *Seru. Aen.* 7,283. 26 nihilo setius] *Plaut. Men.* 5,7,57. *cf. Gell.* 18,9,4.

Noctis partes hae: crepusculum, uesperum, concubium, couticinium, intempesta, gallicinium, diluculum et crepusculum matutinum. intelligantur autem hoc modo: crepusculum dicitur, id est creperum, quod dubium dicimus inter lucem et tenebras. uesperum oriente stella, cui hoc nomen est. conticinium dicimus quando omnes silent. conticescere enim silere est. intempesta *id est importuna, quando agi nihil potest et omnia quieta sunt.* gallicinium dictum est propter gallos lucis praenuntios. crepusculum matutinum inter abscessum noctis et diei aduentum.

Neoterici libri, noui uel recentes.

Nucispineum est, quod rustici nudipineum dicunt.

Nepa scorpius, quae natos consumit, nisi eum qui dorso eius inhaeserit. rursum ipse, qui seruatus fuerit, consumit patrem. unde homines, qui bona parentum per luxuriam consumunt, nepotes dicuntur. hinc quoque nepotatio pro luxuria ponitur, qua certae quaeque res consumuntur.

Numeros omnimodos pulsas tuo plectro. numeros dicit chordas siue neruos citharae. nam citharam diuersis numeris a ueteribus constat esse compositam iuxta harmoniam mundi. unde hi, qui ex quatuor elementis constare universa dixerunt, tetrachordon fecerunt. quidam pentachordon, addentes quatuor elementis diuinam prouidentiam. nonnulli heptachordon iuxta numerum septem deorum, quorum nominibus dies nuncupantur. alii ennachordon, qui his septem adiunxerunt caelum et terram, uel propter nouenarium ab astagiis.

Nauiter est bene et industrie et caute, cum nauus sit uelut

---

5 cui hoc *Isid. N. R.* 2,2.: cuius *R*, cui *H* 7 id est — quieta sunt *suppleuimus ex Isid. N. R.* 2. *cf. praef. c.* V. *explicationes uoc.* concubium *et* diluculum *et ipsas om. libri* 9 dicta *H* 11 Neuterici *G* 12 Nucispineum *HR*: Nucis pirreum *C*, Nunc speneum *v* | nudipineum *HR*, nudi pirreum *C*, nunc lipidineum *v* 13 scorpios (scorpio) *G* 17 pro luxuria *RG*: per luxuriam *CH* 18 omnimodos *RG*: omnimodo *C* | numeros *CG*: neruo *HR* 20 a *G*: aut *P* | ueteribus *G*: eribus *HR*, neruis *C* 25 dies nominibus *libri* | enneachordon *R* 27 astagiis *P*: astigiis *G* 28 cum nauus *scripsi.* (*u. lib. gloss.* Nauus, qui rem quamcunque continet uel gubernat): ut (aut *G*) nauis *PG* | uelut *scripsi*: uel *libri*

1 noctis] *Isid. N. R.* 2,2. *Etym.* 5,31,4. *Varr. L. L.* 6,5. 7,59. *Censorin.* 24. *Seru.* 2,268. 3,587. *Macrob. Sat.* 1,3,12. 13 nepa] *Plaut. Cas.* 2,8,7. *Isid.* 10,134. 18 numeros] *de u.* nouenarium *haec tradit Henschel ap. Cangium*: nouenarium inter et nouemdialia discrimen apparet in eo forte situm, quod nouenarium fuerint missae per nouem continuos dies celebratae *etc. idem de* astagiis: Astagium forte ab astare diuinis officiis dictum, idem est quod praesentia, *Assistance*, cui certa merces uulgo assignatur in cathedralibus et collegialibus ecclesiis.

gubernatur, tractum a naui. unde naui dicuntur boni, ignaui stulti.

Nandi, natandi.

Glossae per O litteram.

Oeconomia est ipsa dispositio rei alicuius. sicut prius ordinatur et disponitur domus et sic fabricatur, sic et a poetis et ab actoribus oeconomia prius ordinatur et sic describitur, ut puta: 'ne laederet Iuno per Didonem Troianorum regem' haec dispositio oeconomia dicitur.

Odorifer masculino genere, non 'odoriferus', quomodo letifer. feminino 'haec odorifera', neutro 'hoc odoriferum'.

Obter uidendum est, ne mendosum sit et sit aut 'propter' praepositio aut 'obiter' aduerbium.

Obtundens 'obtusus' facit praeteriti temporis participium sine n, et est uerbum actiuum.

Obstrudere est aliquid in angustias includere uel impellere. obstruere autem, si hominem, prohibere, si locum aedificando claudere.

Opobalsamum dicimus sucos balsami, quia, ni fallor, ὀπὸς sucus dicitur.

Orgia est graecum, id est sacra, quae per furorem celebrantur, et Liberi patris et matris deum. orgia item mensura, quod latine dicitur ulna.

Opipare est opulente diuitiis id est opibus conuiuium intructum.

Osor dicitur, qui alium odio habet, et est nomen generis communis, hic et haec osor. osrix enim dici non potest nisi a stultis.

---

3 Nandi *a*: naui *P* 5 sicut *P*: qua *Papias*, que *G* 6 ut disponitur *G* 7 et ab actoribus *P*: uel auctoribus *G* 8 lederet *G*: laederetur *P* 11 letifer *G*: *om. P* 12 uidendum *scripsi*: nihil *libri* | et sit *v*: et fit *P* 13 opiter *v* 15 a uerbo actiuo *G* 16 Obstrudere *scripsi*: Obtrudere *v Papias*, Obtundere *Ppa* 17 si — si *CHG*: siue — siue *R* 19 sucos *R*: succos *CH*, sucus *va* | quia *G*: et *P* | opos *Isid. D. V.* 79., opus *P*, opoco *v* 20 dicimus succum *C* 22 orgia item *G*: Orgi autem *P*, Ὀργυιὰ autem *R* 24 Oppipare *CH* | est *nos*: et *P*, *om. G* 27 osrix *Rm*: Osatrix *va*, Osarix *p* 28 nisi ab imperitis *G*

12 obter] *ad u.* obiter *cf. Charis.* II 209,12. *K. Prisc.* XV 77,6. *K.* 14 obtundens] *cf.* obtusus *ap. Plaut. Amph.* 2,1,59. *Seru. Georg.* 1,262. 16 obstrudere] *cf. Plaut. Curc.* 2,3,87. *Stich.* 4,2,13. *Fest.* 193,14. Obstrudant, obsatullent, ab auide trudendo in gulam, non sumendo cibum. unde et 'obstrudulenta'. 19 opobalsamum] *Isid. D. V.* 79. Balsamum est arbor ipsa, opobalsamum succus collectus ex arbore. nam opos dicitur succus. *cf. Seru. Georg.* 2,119. *Isid.* 17,8,14.

Occidio dicitur genere feminino haec occidio, id est quando multi occiduntur, ipsa res 'occidio' dicitur et melius quam 'occisio', quia occidi dicimus, non occisi. uerbum est occido.

Ortygometra, genus auium, id est coturnices.

Oenum, unum.

Obnuberat, cooperuerat. idcirco nuptiae ab obnubendo puellis capita dicuntur.

Opera et operam. opera sunt artes singulorum *id* est artificum, operam uero adiutorium esse cognoscimus.

Obleuit, obliniuit.

†Orbia genus quoddam escarum, quod quidam 'Saturni orbiam' uocant.

Ornos genus quoddam arboris, feminini generis, numeri singularis. at numero plurali 'orni' facit.

Oblinire, liniare.

Oraculum, unde responsa dantur, id est funduntur uel praedicantur. nam et ipsa res, id est responsum quod datur, oraculum dicitur.

Occasio arrisit, opportunam se praebuit uel secunda successit.

Oeconomia et dispositio uel praemeditatio uel praeparatio.

Opificium est res aliqua, quae in opere est, uel ubi opera fiunt.

Obstinatus est, qui aliquid praecipitanter et sine reuocatione facere festinat.

Obesse nocere est. obesse enim dicitur inimicus alii.

Offa latrantium est, deminutiuum 'offellam' facit. haec si in os cani iaciatur, satiatus ilico compescitur et silescit.

Obstipeculus, inclinato capite, ut solent adseuerantes.

---

1 id est *om.* *C* 6 unum *Kettner*: uinum *libri* 9 id est *nos*: et *libri* 12 Orbia *libri*, *immo* Forbia | escarum *P*, iscarum *a* 13 orbiam *nos*: obiam *P*, obuiam *G* 15 numero *scripsi*: uero *HRG*, modo *C* | pluraliter *libri* 16 liniare *nos*: linare *libri* (*in p* i *sup.* a *scriptum*), linire *Mai* 18 praedicuntur *G* 20 opportunam *C*: opportuna *R*, oportuna *H* 23 uel *om.* *P* 28 latrantium *G*: latrontium *H*, latarantium *R* | cuius diminutiuum *G* 29 iacitur *R* 30 Obstipeculus *G Vat.* 1552, Obstipeculum *C*, Obstipusculus *Vat.* 1552 *m.* 2. *et H, ubi ex* Obstipesculus *uid. corr.*, *fort.* Obstipiusculus

5 Ortygometra] *Isid.* 12,7,64. Coturnices a sono uocis dictae, quas Graeci ὄρτυγας uocant .... Ortygometra dicitur, quae gregem ducit. 6 oenum] *Fest. Paul.* 195,2. Oenigenos, unigenos. *cf. Corssen, Aussprache etc.* I, 194. 12 orbia] *ad u.* forbia, *quod graece* φορβειὰ *siue* φορβιὰ *siue* φορβεὰ *dicitur*, *u. Fest. Paul.* 84,4. Forbeam antiqui omne genus cibi appellabant, quam Graeci φορβὴν uocant. 28 offa] = *Isid.* 20,2,24.

Obuenisse nisum † canimago prouerbium est in eos, quibus praeter spem contingit aliquid uel successit.

Offuciarum, fallaciarum aut rerum ad decipiendum speciose comparatarum, dictum ab offucando, quod est 'furtim colorare'.

Oburuas, circumscribis. dictum ab uruo, quae est incuruatura aratri, uel a sulco urbium, qui primus aratro circumductus propter altitudinem murus appellabatur.

Obpletum, oblitum usque ad plenum.

Oppido, [quem] admodum. sed nunc 'ualde'.

Opipare, laute opulenterque.

Opiter est, qui obito patre et auo uiuente nascitur.

Obfirmatum, firme decretum, obstinatum.

Occedere, occurrere uel obuiam cedere.

Oblegatum, iniunctum, mandatum.

Obpetere, obire uel mori.

Obstrudulenta, appetenda.

Oriae, freni et habenae, ab ore dicuntur.

Ommentat, expectat. dictum a mantando id est diu manendo.

Officio migrauit, ab officio recessit.

---

1 uisum *C* | canimago *R*, cã mago *v*, caninaga *C*, camimaga *Vat.* 2 | est *C*: *om.* ω 3 Offuciarum *vp*: Offutiarum *CR*, Offutiarium *H corr.* Offuciae *Papias* | fallaciarum *Kettner et De-Vit*: fallaciae *Papias*, fallacium (fallatium) *PG* 4 offucando *G*: officiando *HR* (a *in H corr.*), offaciendo *C* 5 colorare *scripsi*: collocare *libri* 6 Oburuas *H*: Oburbas *CG*, Obarbas *R margo H* | uruo *H*: orbo *C*, arbo *R margo H* | quae *G*: qui *P* 7 quia primus *R* 8 appellabatur *C*: appellatur ω 9 Obpletum *P*: Oppletum *G* 11 opulenteque *R* 12 Opiter est *scripsi*: Opiteros *libri* | nascitur *P*: nascuntur *G* 16 obire uel *P*: obcumbere *G* 17 Obstrudulenta *G*: Obstrulenta *P* | oppetenda *C* 18 et *G*: *om. P* 19 Omentat *G*, Omenta *R*, Omensa *H* 20 migrauit — recessit *G*: migraui — recessi *P*

3 offuciarum] *Fest. Paul.* 192,8. *Class. Auct. ed. Mai* 6,537. Officias (Offucias), fallacias, a fuco. 6 oburuas] *cf. Fest. Paul.* 375,29. *Varr. L. L.* 5,143. *Seru. Aen.* 5,755. *Isid.* 15,2,3. 12 opiter] *Fest. Paul.* 184,10. Opiter est, cuius pater auo uiuo mortuus est, ducto uocabulo, aut quod obitu patris genitus sit, aut quod auum ob patrem habeat, id est pro patre. *Prisc.* 299,7. *K.* Opiter opiteris et opitris. *Auct. Epit. de nom. R.* Opiter, qui patre mortuo, auo uiuo, gignebatur. 13 obfirmatum] *cf. Plaut. Amph.* 2,2,15. 14 occedere] *cf. Plaut. Most.* 5,2,4. *etc.* 15 oblegatum] *cf.* legatum *ap. Plaut. Cas.* 1,12. 17 obstrudulenta] *cf.* Obstrudere *p.* 71. 18 oriae] *Fest. Paul.* 8,12. Aureax, auriga. aureas enim dicebant frenum, quod ad aures equorum religabatur, orias, quo ora coercebantur. *Fest.* 182,23. Oreae, freni, quod ori inseruntur. 19 ommentat] *Fest.* 190,14. Ommentans Liuius in Odyssea quom ait: 'in Pylum aduenieus aut ibi ommentans' significat 'obmanens', sed ea significatione, qua saepe fieri dicitur. id enim est mantare. 20 officio migrauit] *Plaut. Trin.* 3,2,13.

Oculato, praesenti, ab oculis.
Obdet, obiciet, suggeret.
Offucas, *offucias* offers uel [in] fraudem das.

Glossae per P litteram.

Paedor, sordes.
Perpetuare, coniungere.
Pertineat, perueniat.
Persolas, personas.
Plotos, a pedibus ductos.
Parietinas, parietum ruinas.
Porcam, terram, quae inter sulcos est elata.
Plango ** cum pugnum alicui retollas.
Plancas, tabulas planas.
Putium, Pythium, Apollinem.
Portum, domum uel ianuam. interdum porticum.
Peluis, ab eo quod pedum pelluuio sit, ut malluuium manuum.
Pollubro, trulleo.
Pullum, puerum in amoribus id est † rhetoris qui Romae

---

1 Oculati pracsentis ab oculis *Mai*, Opulato pracsentis ut apulis *libri* 2 suggeret *p*: suggerit *Hv*, fugerit *C*, suggesserit *R* 3 Offucas, offucias *scripsi:* Offucas *P*, Offucias *Vat.* 3441. *Mueller*, Offuscas *G*, | uel *om. Mueller* | in fraudem das *R*, infraudcndus *Ha* 5 Pedor *libri* 9 Plotos *C*: Plotoris *R*, Plotors *H*, Platos *v*, Plotus *m Papias* | dictus *G* 11 elata *Kettner e Varrone*: lata *libri* 12 pugno alicui res tollas *v* 13 Plangas *P*, Plaugas *G* | tabulas planas *scripsi sec. Festum*: splangas *P*, plangas *G* 15 Portum *P*: Porta *G* | porticum *mr*: porticulum *v*, petitum (petium) *P* 16 malluuio *H* 18 Pollubreo *P*, Pollubro *Mueller sec. Festum* | trullco *Mueller*: tulleo *libri* 19 rhetoris *P*, rectioris *v*, rectitoris *mr* | qui Romae unde *libri*: unde Romae *Mai*

1 oculato] *cf.* oculatus testis *ap. Plaut. Truc.* 2,6,8. *Fest.* 178,25. 2 obdet] *cf.* obdo *ap. Plaut. Cas.* 5,2,15. 6 perpetuare] *cf.* perpetuat *ap. Plaut. Pseud.* 1,3,72. 8 persolas] *cf.* persolla *ap. Plaut. Curc.* 1,3,36. *lib. gloss.* Persola, persona uilis. 9 plotos] *Fest.* 230,3. 238,31. 11 porcam] *Varr. R. R.* 1,29,3. Quo aratrum uomere striam fecit, sulcus uocatur. quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ca seges frumentum porricit. *cf. Fest. Paul.* 108,9. 13 plancas] *Fest.* 230,12. Plancae dicebantur tabulae planae. 15 portum] *Fest.* 233,28. 16 peluis] *Varr. L. L.* 5,119. Peluis pedeluis a pedum lauatione. *Fest.* 246,2. Polubrum pelluuium in sacrificiis uas, quod nos peluem dicimus. *Fest. Paul.* 160,4. Malluuium dicitur quo manus lauantur. *cf. Isid.* 20,6,8. *Non.* 543,20. 18 pollubreo] *Non.* 544,19. Pollubrum, quod Graeci χέρνιβα, nos trulleum uocamus. *cf. Fest.* 246,2. *s. u.* peluis *p.* 74. 19 pullum] *Fest.* 245,23. Pullus Iouis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem,

unde Q. Fabius Eburnus, quod natibus fulguratus erat, 'pullus Iouis' dictus est.

Pacere, pacisci.

Partim, dimidium, hinc et inde. partiri dicitur quod diuidatur.

Papillas, summa nuclea mammarum.

Pataginem, cum propter pituitam non facile labra mouentur.

Pol, iusiurandum per Pollucem.

Postliminio, id est qui recessisset et redisset iterum.

Protendi, porrexi.

Pedo, fuste pastorali capite incuruo.

Plaudo tibi unam rem potest bona locutio esse. prope tale est in Virgilio: 'pedibus plaudunt choreas et carmina dicunt'.

Palpitans est qui animam trahit. nam 'palpitrans' non est latinum, potest tamen a palpebris uenire.

Per uitam iurat melius dicimus quam 'uitam iurat'. tamen 'iurat uitam' etiam absolute.

Pullos quidem dicimus omnium auium natos, sed et animalium quadrupedum dicuntur pulli homoque paruus pullus est uel recens nati pulli, eo quod polluti sunt. unde uestis nigra pulla est dicta.

---

1 Q. Fabius *R*: Fabius *H*, quisquis *uel* quamuis *C*, quauius *Vat.* 1552, quaius *v* | fulguratus *HR*: figuratus *ω* 2 pullus Iouis *HRG*: puellus *C* 4 diuiditur *G* 5 mamillarum *G* 6 Pataginem *Hv*: Pitiginem *C*, Patuginem *H* | mouentur *nos*: mouent *P*, mouerunt *v* 7 Pol *Rr*: Poli *Hv* 10 fusto *C* | incuruato *G* 11 unam *H*: una *R*, illam *v* | elocutio *H* 12 in uirgilio *v*: uergo *P* | coreas et *v*, corui sed (scilicet *R*) *CR*, chouci scilicet *H* 14 palpitrans *R*: palpitra *H*, palpitans *va* 19 et homo *v Isid. l. c.* 21 unde et uestis *v Isid.* | dicta est *v Isid.*

quod eius natis fulmine icta erat. antiqui autem puerum, quem quis amabat, pullum eius dicebant. *Fest. Paul.* 244,6. Puer qui obscene ab aliquo amabatur, eius, a quo amatus esset, pullus dicebatur. unde Q. Fabius, cui *etc. Arnob. adu. gent.* 4,26. Et ut Iouis dicatur pullus, in partibus Fabius aduritur mollibus obsignaturque posticis. *Hesych.* Πῶλος, ἑταίρα· πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον οἷον Ἀφροδίτης πώλους ἢ τοὺς νέους καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους.

3 pacere] *Fest.* 250,23. Pacionem antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus. unde et pacisci et paco. *cf.* pacit *ap. Fest.* 363,6. *Gell.* 20,1,15. 5 papillas] = *Isid. D. V.* 372. *cf. Fest. Paul.* 220,12. *Seru. Aen.* 11,803. 6 pataginem] *Papias*: Patago, genus morbi, cum propter pituitam non facile lingua mouetur. *cf.* patagus *ap. Fest. Paul.* 221,3. *Macrob. Sat.* 5,19,12. 7 pol] *passim ap. Plautum.* 10 pedo] *Fest.* 210,23. 249,24. *Seru. Ecl.* 2,31. 5,88. 11 plaudo] *Virg. Aen.* 6, 644. 16 per uitam iurat] *Seru. Aen.* 12,197. 'Terram, mare, sidera iuro' et ornatior elocutio et crebra apud maiores, quam si uelis addere praepositionem, ut dicas 'iuro per maria, per terras'. *cf. eund. Aen.* 1,67. 18 pullos] = *Isid.* 12,7,5.

Pytho Pythonis sic cum h scribitur.

Paedor genere masculino dicitur 'hic paedor' et 'hi paedores,' nón 'paedora', ut Lucanus. 'longusque in carcere paedor.'

Putris generis communis est 'hic et haec putris'.

Pensum cum n a pendendo dictum.

Pueras pro 'puellis' et item puellos pro 'pueris' legimus. nam sexum pro sexu non ponimus, nisi per ironiam aliquando turpem uirum et muliebria patientem per 'puellam' aut 'mulierem' uelimus notare.

Pronuba est quae nuptis praeest quaeque nubentem uiro coniungit, quod officium ad Iunonem pertinet, deam coniunctionis.

Procos id est pronubos.

Puluinus et puluini genere masculino. neutro 'puluinar puluinaria'. sed puluinus priuati hominis ceruical uel culcitral. puluinar uero ac puluinaria principum sunt uel regum, id est lectisternia.

Pellexeris, persuaseris.

Pellicens persuadens dicitur.

Pellex, concubina.

Perduelliones, rebelliones, per quos bella oriuntur. duellum enim dicitur quasi duorum bellum.

Protelata, dilata.

†Prolictabimi dicitur et multa significat. nam prolici est persuaderi.

Puberes, iuuenes adulti.

Postumus dicitur puer, qui mortuo patre nascitur, quasi post humationem patris, id est post sepulturam.

Pubes modo iuuentus modo pars corporis uerenda uel potius horrenda.

---

1 sic cum h *m*: sacrum *C*, sacum *H Vat.* 1552 *v*, cum y *R* 4 hi et hae putres facit. neutro hoc putre et haec putria *add. G* 6 pueros *C*, puellos ω 7 aliquando *C*: aliquem ω 8 uirum *om. C* 9 aut *G*: et *P* 15 puluinaria *CG*: puluinaris *R*, *om. H* 16 culcitral *CH*: culcitra *Rmr*, cultita *v* 17 quae sternebantur in templis *add. G* 19 Pellicens *HG*: Pelliciens *R* 21 rebellationes *G* | quos *H*: quas *CR*, quod *v* 23 Protelata *Cv*: Prostellata *H*, Protellata *R* | dilata *Cv*: dillatata *H*, distillata *R* 24 Prolictabimi *P*: Prolicta bini *v*, Prolicta *Papias* | prolici-persuaderi *v Papias*: proligi persuadere *P* 25 uerbum autem eius est prolector *add. v Papias* 27 Posthumus *libri* 28 humationem *nos*: humum *libri* | posthuma puella similiter dicta *add. G* 30 horrenda *G*: oriendo *P*

6 pueras] *cf. Fest.* 249, 15. *Non.* 156,10. *Charis.* I 84,5. *K. Prisc.* III 110,17. VI 231,1. *K.* 10 pronuba] = *Isid.* 9,7,8. 19 pellicens] *u.* pelliceo *ap. Charis.* III 244,18. *Diom.* I 367,12. 23 protelata] *Fest.* 234,24. *Non.* 362,33. 24 prolictabimi] *cf.* prolicit *ap. Plaut. Curc.* 1,2,1.

Promulgatum est foras prolatum uel constitutum, ut lex dicitur promulgata. prouulgatum autem in omnium notitiam et totius uulgi intimatum.

Pellacis, *per* blanditias decipientis.

Pila si breuis pi syllaba, omnis rotunditas ut de ligno facta, qua pueri in triuuiis ludunt. si pi longa est, pila dicuntur tela grandia in bello necessaria generis neutri, ut 'hoc pilum' et 'haec pila'. item pilam dicimus genere feminino 'haec pila' sustentaculum domus et cuiuslibet aedificii.

Phalaricae sunt tela maiora pilis bello necessaria.

Pseudomeni dicuntur fallaces, qui rem aliquam mentitionibus conantur adserere, ut dicimus de philosophis, qui dicunt: 'si dico me mentiri et mentior, uerum dico'.

Pegma est genus machinamenti in theatris exhiberi soliti, quo arte mechanica scenici ludunt uariis modis.

Pseudothyrum, posticum, id est latens ostium, quod semotum est a publico.

Pinaces dicuntur imagines mire depictae, id est tabulae marmoreae aequales. item pinaces genera uasorum sunt.

Physica graecum est, id est naturalia. physis enim graece natura dicitur rerum.

Penthesilea, Amazonum regina. Amazones uero erant feminae bellatrices ex genere Scytharum descendentes. hanc ergo Homerus introducit tempore belli Troici in auxilium Priamo uenisse, quam Achilles, unus Graecorum ducum fortissimus, occidit.

Pelta est genus scuti in modum lunae semis uel magis

---

2 prouulgatum *scripsi*: promulgatum *libri* 4 Pellacis *v*: Pellacias (Pellatias) *P* | per *add. Kettner e Seruio* 5 *et item u.* 6 pi *CG*: p *HR* 9 et *P*: aut *G* 11 Phalaricae *RG*: Palerice *C*, Phalerici *H* 12 Pseusomeni *C* | mentionibus *libri* 13 dicimus *C*: diximus ω | dicunt *HR*: dicuntur *C*, aiunt *vm* 14 me *addidimus e Gellio* | mentiri *G*: mentarii *P* | mentior *v*: non mentior *mr*, mentitur *P* 17 Pseudothyrum *R*: Pseudothirium *H*, Pseudotorum *C*, Pseudocorum *v* 18 a publico *om. R* . 19 mire *Rv*: mirae *Hm* 20 pinnaces *G*, penaces *P* | genera *Rmr*: genere *Hv* 23 Pentesilea *P*: Pentesilia *G* 25 introduxit *G*

4 pellacis] *Seru. Aen.* 2,90. Pellacis, per blanditias decipientis. pellicere enim est blandiendo elicere. 12 pseudomeni] *OP p.* 464. Pseudomenus id est fallax. *ibid. p.* 480. Pseudomenus, deceptor. *Gell.* 18,2,10. Quaesitum ibi est, quae esset huius quoque sophismatis solutio: 'cum mentior et mentiri me dico, mentior an uerum dico?' *Cic. diuin.* 2,4,11. Quomodo autem mentientem, quem ψευδόμενον uocant, dissoluas? 15 pegma] *Senec. epist.* 88. 28 pelta] *Seru. Aen.* 1,490. Lunatis peltis, scutis breuissimis in modum lunae iam mediae (= *Isid.* 18,12,4). *Non.* 555,7. Peltae, scuta Amazonica.

tertiae aut quartae, quibus eaedem Amazones utuntur in pugna.

Piacularia, sacrilega, peccatis plena.

Pignora filiorum sunt uel affectuum inter se. pignera quae creditoribus dantur. sed utraque confundit auctoritas lectionis.

Plagiatores, seductores.

Phlegetontas, flumina apud inferos igne flammantia.

Priuilegia, leges priuatorum seu beneficia, quae a principibus conceduntur. sed interdum a quibusdam pro 'legibus' priuilegia dicuntur.

Pinnatae plagae. plagae sunt uincula retium extensique funes, quibus capiuntur agrestes ferae, in quibus funibus auium eriguntur pennae.

Glossae per R litteram.

Recensiti libri, non 'recenseti', quomodo praebiti, non praebeti.

Reliquatum μεταφορικῶς dictum, liquatum.

Reduuiae dicuntur spolia serpentum, quibus, quotquot annis senescunt, sese exuunt, quasi quibus exutis in iuuentam redeunt. dicuntur enim 'induuiae, exuuiae, reduuiae'.

Regulus, nomen serpentis basilisci.

Rictus uocatur omnis apertio oris uel patefactio, hiatus tam ferae quam hominis. dicitur et rictus os ipsum.

Resultatio id est reluctatio, quae renititur et contra tendit. item resultare dicuntur uocum sonitus, id est retro audiri.

Recutiti, Iudaei.

---

3 sacrilegia *C* 4 Pignera et pignora filiorum *G* | inter se *R*: interesse *ω* 6 lectoris *G* 8 igne *R*: ignem *H* 12 retium *C*: retiarum *ω* 18 liquatum *vmr Papias*: reliquatum *P* 19 Reduuiae *CH*: Redubiae *RG* 20 senescunt *HRvm*: senescentes *C*, resenescunt *codd. 2 paris. Duebneri optimi* | qui a quibus *C* 21 indubie exuuie redubie *G* 22 Reculus *H* 23 hiatus *P*: oscitatus *G*, oscitantis *Papias* 24 ipsum simplicitur *G* 25 tendit *G*: contendit *P* 26 retro audiri *nos*: recoaudiri *C*, reaudiri *HR*

4 pignora] *passim ap. Plautum. Agroecius* 2269,18. *P.* Pignera rerum sunt, pignora filiorum et affectionum. *cf. Isid. D. V.* 456. 8 phlegetontas] *Seru. Aen.* 6,265. 19 reduuiae] *lib. gloss. et gl. Isid.* Reduuias, reliquias. 22 regulus] *Fest. Paul.* 31,8. *Isid.* 12,4,6. 23 rictus] *Non.* 455,35. 25 resultatio] *gloss. lat. gr.* Resultatio, ἠχώ.

Residuus, quasi tardus.

Raptari, frequenter rapi.

Romam ex aquilone Raeti attingunt, uel conlimitant uel finibus se eius adiungunt.

Rubigo a rodendo dicitur.

Resultant, resiliunt.

†Regulas proponentes ac magiae retecti, regulas, doctrinas uel disciplinas magorum ostendi uult.

Reduncum nasum, subrectum sursum uersum curuatum, cui contrarium est obuncum, deorsum uersum curuatum.

Reduuius, exuuius.

Redimiae, res quae redimuntur a praedonibus.

Riuales, qui de uno amore discedunt.

Renidenti uultu, interdum laeto et hilari, interdum splendenti. item florenti, si dicamus 'terra renidenti'.

Referbuit, iterum recaluit.

Glossae per S litteram.

Scamnum deminuit 'scabillum' non 'scabellum', ut Cicero: 'scabilla concrepant'.

Sublinguium sonitum pessime dictum est. est tamen sonus, qui sub lingua sonat quasi non rectus aut bonus sonitus aut submurmur.

Subleuit, subiunxit, a liniendo.

Salsamenta sunt omnes res salsae, ut pisces et sardae.

---

2 Rapter — rapiar *G* 3 Raeti *Kettner*, attingunt *nos*, retiae stringunt *P* 5 robigo *G* | dicitur id est uitium segetum *G* 7 Regulas *R*: Regulus *H*, Relucas *G* | praeponentes *G* | ac *R*: hac *G*, *om. H* | magiae retecti *P*: magis ceteris hic *vp* magisceretis hic *m* (*sub u.* retecti *latere uidetur* retegit) | eregulas *H* 9 nasum *rw corr.*: nesi *v*, nasi *m*, quasi (qui) *P* 10 cui — curuatum *HG*: *om. CR* 11 Redubius *v*, Rediuiuus *P* | exubius *v* 12 Redimite *C* 13 de *C*: quasi de *ω* | discedunt *v*: descendunt *ω* 16 Referbuit *r Papias*: Referuuit *v*, Referuit *Pm* 18 diminutiuum *v* 20 Sublinguium *G*: Sublinginum *P* | pessime *vp*: pessimum *ω* | est tamen sonus *G*: et transonas (transonans *R*) *P*

1 residuus] *Fest.* 281,18. *cf.* resides *ap. Seru. Aen.* 1,722. 6,814. 2 raptari] *cf.* raptas *ap. Plaut. Aul.* 4,4,5. 5 rubigo] *Plaut. Rud.* 5,2,13. *Isid.* 16,21,5. Rubigo est uitium rodens ferrum ipsum uel segetes, quasi rodigo, mutata una litera. 6 resultant] *Fest. Paul.* 280,8. Resultare, saepe resilire. 9 reduncum nasum] *gloss. arab. lat.* Reduncus nasus, subrectus, sursum uersus. 11 reduuius] *cf.* Reduuiae *p.* 78. 12 redimiae] *gloss. Philox.* Redimiae, λύτρα. 13 riuales] *Plaut. Stich.* 3,1,30. 5,4,47. *Non.* 32,22. *Donat. Eun.* 5,8,42. 18 scamnum] *Cic. pro Cael.* 27.

Salsuginem puto ipsam rem dici, quae facit salsum.

Sacrum media res est, et bonum et malum. nam dicimus 'sacer est' id est alicui, quem uolumus execrari aut occidi. item consecrari. ad bonum, ut: 'sacra mari colitur medio gratissima tellus'. ad malum: 'auri sacra fames' et 'sacrae panduntur portae'. unde et ignis sacer dicitur ulcus horribile.

Sciscitor uerbum est commune, id est interrogo uel scire cupio. aliter non dicimus.

Suppliciter legimus, non 'supplicanter', quia nomina quae in i finiunt datiuo, accepta syllaba ter aduerbia faciunt, ut suppliciter agiliter. si uero dicas 'huic supplicanti', potest fieri 'supplicanter' pro aduerbio. ergo 'huic praecipiti' 'praecipiter' faceret iuxta regulam suppliciter, sed quia euphonia offenditur, melius 'praecipitanter' dicimus quam 'praecipiter.'

Spondilus est internodium in spina dorsi uel imo eiusdem spinae, quod non est ex desertis, sed ex uulgaribus. qui tamen locus, dum debilitatur, interdum exit et eminet tumens.

Sapphirinus scribimus, quia lapis sapphirus dicitur.

Sugillare est gulam constringere, quomodo dicimus strangulare. sugillo actiuum, sugillor passiuum.

Senatus unus et uerus romanus est, a senectute appellatus a Romulo, qui uel fundauit uel auxit Romam. hic elegit de exercitu suo seniores centum, quos senatores appellauit. dicuntur quidem et ceterarum ciuitatum senatores, curiae principes, sed hoc in antiquis. nam modo senator dici non

---

1 Salsuginem *mr*: Saluginem *H*, Salsaginem *R*, Salsugines *v* 4 item *R*: inter *CH*, et item *G* 6 portae *CG*: *om. HR* 8 Sciscitatur *v* 10 Simpliciter *H* | non *G*: in *C*, et *HR* 12 agiliter uelociter *v* 13 aduerbio *C*: aduerbii qualitate *ω* | ergo — faceret *CR*: potest ergo — facere *Hv* 14 euphonia *CHG*: euphoniam *R* 15 offenditur *nos*: offendit *CRG*, ostendit *H* | dicimus *om. C* 17 Spondilus *C*: Spondulus *H*, Spondolus *RG* 18 non *G*: *om. P* 19 tantum *H* 20 tumens *C*, tumes *HR*, tumet *G* 21 Sapphirinus *R*: Saphirinuis *C*, Safirinus *HVat.* 1552, Sapirnus *G* | sapphirus *R*: Saphirinus *C*, safirinos *HVat.* 1552, sapirnus *G* 22 Sugillare *Cpm*: Suggillare *HRv* | regulam *P* | stringere *P* 23 suggillo uerbum actiuum et facit passiuum suggillor *G* 24 uerus *CR*: uere *H* 25 isti electi sunt centum ex populo, qui ob aetatem senatores, ob similitudinem curae patres appellati sunt, eo quod sicut pater filiis, ita prouiderent reipublicae *G* 26 et *addidimus e G* | curiae ac *P* 27 hoc *G*: in hoc *P* | nam (non *H*) modo *HG*: *om. R*

1 salsuginem] *lib. gloss.* Salsugo, muria. 2 sacrum] *Virg. Aen.* 3,73. 3,57. 6,574. *Isid. D. V.* 498. *Seru. Aen.* 1,632. 3,57. 22 sugillare] *lib. gloss.* Sugillauit, gulae manum iniecit.

potest, nisi qui in curia romana fuerit. nam primi ordines dicuntur illustres, secundi spectabiles, tertii clarissimi. iam inferius quartum aliquod genus non est.

Sacuus, malus, pessimi ac trucis animi et crudelis dicitur, et diphthongon habet.

Sublcui, subsignaui, ut relcui resignaui. hoc est subsignare, *si* qui alio signante iterum signat. resignaui hoc est, quod dicitur 'releui', si ea, quae signata sunt, aperiuntur. item sublini dicitur, cui imposturae fiunt, qui decipitur, cui uerba dantur, uel qui non satis doctus est, ut si dicas: 'sublitum mihi est os' non bene doctum uel indoctum.

Sublegi est de legente insidiando furatus sum, ut si quis solus legat et alius ex occulto uerba eius furetur et ea prodat.

Stipulatores promissores dicuntur. stipulari enim promittere est ex uerbis iuris peritorum.

Spiris, nodis.

Secus et 'aliter' et 'aequaliter' ponitur.

Sistentes uel 'prohibentes' significat, id est qui aliquam rem in loco stare facit, ut Virgilius: 'sistere aquam fluuiis'. potest significare 'consistentes' id est habitantes uel stantes, ut Virgilius: 'constitit in digitos'. significat 'resistere, repugnare'. Virgilius: 'et contra in litore sistit'.

Scythia est prouincia remota sub septentrione, frigoribus rigens, nuda gignentium, moribus barbara.

---

1 primi ordines *G Isid.* 9,4,12.: primordines uel plurimordines *R*, plurimordines *H*, primi ordinis *Plac. ap. Grial. Isid. l. c.* 4 Saeuus *H*: Scaeuus *RG* 6 resignaui *CR*: resignat *H*, resigna *v* 7 signat *nos*: resignat *libri* | hoc est *C*: est *ω* 9 sublini *nos*: sublinum *C*, sublitus *R*, sublitum *G* | inposturas *C* | decipiuntur *Cv* 11 non bene doctum *HR*: *om. G* | uel indoctum *R*: *om. HG* (cui uerba — indoctum *om. C*) 12 te legente *libri* 16 peritorum *Isid.*: praetorum *P* 19 quia *G* 20 rem *P*: partem *G* | fecit *G* | in fluuiis *C* 21 consistentes *R*: pro consistentes *ω* 22 digitos *RG*: digito *CH* 23 et *C*: e *HR*, *om. G*

6 subleui] os sublinere *passim ap. Plautum, cf. Non.* 45,17. Subleuit [os] significat illusit et pro ridiculo habuit. tractum a genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur. 12 sublegi] *Virg. Ecl.* 9,21. Vel quae sublegi tacitus tibi carmina nuper. *Seru. ad h. l* rustica affectione reminisci se illorum carminum fingit, quae aliquando Virgilio, licet inuito Romam eunti, abstulerat. nam sublegi est furatus sum. *cf.* sermonem sublegerunt *ap. Plaut. ibid.* 4,2,98. 15 stipulatores] *cf.* stipulari *ap. Plaut. Curc.* 4,1,12. *Pseud.* 4,6,14. = *Isid.* 10,288. 17 spiris] = *Seru. Aen.* 2,217. *cf. Plin. N. H.* 16 § 198. 18 secus] *passim ap. Plautum* 19 sistentes] *Virg. Aen.* 4,489. 5,426. 10,309.

Scena est camera hinc inde composita, quae inumbrat locum in theatro, in quo ludi actitantur. item scena dicitur arborum in se incumbentium quasi concamerata densatio, ut supterpositos tegere possit. item scena uocatur compositio alicuius carminis, quae digna sit agi in theatro exclamationibus tragicis. tragoedia est enim genus carminis, quo poetae regum casus durissimos et scelera inaudita uel deorum res alto sonitu describunt. comoedia, quae res priuatorum et humilium personarum comprehendit, non tam alto ut tragoedia stilo, sed mediocri et dulci.

Supremi et 'summi' significat et 'ultimi', supprimi autem 'occultari'.

Sorites est ars uel argumentum philosophorum. σωρὸς graece aceruus dicitur. aiunt enim: in hoc aceruo, puta frumenti, si addideris granum unum, et aliud et tertium capere potest, sic ut ad infinitum procedat. uel manus si capax est decem solidorum, addas unum, et alium et tertium capere potest. sic ergo ad infinitum tendit.

Sphaera est rotunditas mundi uolubilis et quidquid tale est ad uolubilitatem. dicunt etiam sphaeras ex capillis et pellibus factas, quibus ludunt infantes.

Separia pro 'separata' aut 'discreta'.

Subsistentia dicuntur uel constructe fixa, uel ex quibus aliquae res subsistunt, ut dicimus substantias, ut si elementa, quibus factus est mundus, uelimus substantias dicere.

Sugillauit, irrisit.

†Supertietur, superiacietur uel superponetur.

Sanctuarium locus uel cubiculum, ubi sanctae res geruntur.

1 hinc inde *G*: in cicinde *P* 5 criminis *H* | quae digna *CHG*: quod dignum *R* | sit *CR*: sunt *HG* 8 resulto *C et margo H* 11 ultimi *mr*: ulti *v*, injusti *C*, imusu *H*, imi *R et Isid.* | supprimi *mr Isid.*: primi *P*, supremi *v* 12 occultari *CG Isid.*: occultarii *HR* 13 Sorites *C*: Soritica *G*, Socratica *HR* 14 aceruum *Cv* | aruo *C* 17 soldorum *H* 19 Sphaera *R*: Spera *P*, Shpera *v* | uolubilitas *G* 22 Separia *v*: Separata *P* | pro separata *H*: pro separant *C* prosperata *v*, *om. R* | et descreta *C* 23 constructe *CH*: constituta uel (et *G*) *RG et CH altero loco* 24 ut *HG*: det *C*, et *R* 27 Supertietur *HR*, Suppertietur *C*, supercietur *G*, *fort.* Superduetur | superiacet *C* | superponetur *m*: supponetur *ω*

1 scena] *Seru. Aen.* 1,164. Scena inumbratio et dicta scena ἀπὸ τῆς σκιᾶς. apud antiquos enim theatralis scena parietem non habuit, sed de frondibus umbracula quaerebant. postea tabulata componere coeperunt in modum parietis. *cf. Seru. Georg.* 3,24. *Isid.* 18,43,1. 11 supremi] = *Isid. D. V.* 511. *cf. Fest. Paul.* 304,11. 19 sphaera] *Isid.* 13,5,2. Sphaera caeli dicta, eo quod species eius in rotundum formata est, sed et quidquid tale est ad uolubilitatem, sphaera a Graecis dicitur, sicut et pilae, quibus ludunt infantes.

Scurrilitas, iocus improbus, quasi ‘uelut caecus currit’.
Spurium nummisma, falsum et corruptum et adulterinum.
Suppetit, suppeditat uel constat uel inuenitur.
Subnixus est instructus aliquo auxilio. item subnixus suffultus ex omni parte.
Supellectile dicitur omne instrumentum et ornatus domus.
Sacrilegium dicitur sacri furtum. legere enim et sublegere furari dicitur.
Scylla uirgo pube tenus, reliqua pars inferior cincta canibus et lupis, quae dicebatur inter Siciliam et Italiam latere, quaeque naues transeuntes in litora trahebat et ex his arreptos homines suis canibus lupisque proiciebat.

Glossae per T litteram.

Taedet, taediosum uel satis odiosum.
Trutina dicitur libramentum uel unde ponderamus staterae lancem, uel examen *id est* filum.
Theos deus est. atheos dicitur qui caret deo.
Teloneum. ‘telonearius’ melius quam ‘teloniarius’.
Temetum, uinum, quod temptet mentes et faciat titubare.
Tonsae, remi.
Toris, membris.

---

1 quasi *HRv*: qui *C*, ut est *Papias* 2 nummisma *C*: baptisma ω 3 suppeditat *Papias*: subpeditat *v*, superat *P* 6 ornamentum *G* 7 et *P*: uel *G* 11 nauis *P* | in litore trahebat *P*, trahebat in litus *G* | his *P*: eis *G* 14 uel *om. C* 15 libramentum unde *G* | staterae *scripsi*: stateram *H Vat.* 1552. *mr*, steram *Cv*, statera *R* 16 lancem *nos*: lanam *libri* | uel *HRv*: et *Cmr* | examen *CHmr*: stamen *v*, examinamus *Vat.* 1552 | id est *nos addidimus* 17 *hanc glossam om. Mai* Theos *H*: Thos *C* | a theo *H*, atho *C* | quia *H* 18 thelonarius melius quam tholonarius *G* 19 teneat *G*

8 suppetit] *cf.* suppetat *ap. Plaut. Pers.* 3,1,3. 15 trutina] *Vitruu.* 10,8. Id autem ex trutinis, quae staterae dicuntur, licet considerare. Cum enim ansa propius caput, unde lancula pendet, ubi ut centrum est collocata, et aequipondium in alteram partem scapi per puncta uagando, quo longius aut etiam ad extremum perducitur paulo, etiam pari pondere amplissimam pensionem parem perficit, per scapi librationem et examinationem longius a centro recedentem. *Isid.* 16,25,4. Trutina est gemina, ponderum lances aequali examine pendens, facta propter talenta et centenaria appendenda . . . eadem et statera, nomen ex numero habens, quod duabus lancibus et uno in medio stilo librata aequaliter stet examen est filum medium, quo trutinae statera regitur et lances aequantur. 18 teloneum] *Prob. Append.* 197,19. *K.* Telonium, non teloneum. *Non.* 24,13. Portitores dicuntur telonearii, qui portum obsidentes omnia sciscitantur, ut ex eo uectigal accipiant. 19 temetum] *Fest.* 364,30. *Non.* 5,4. *Donat. Andr.* 1,4,2. 20 tonsae] *Seru. Aen.* 7,28. *Fest.* 356,34.

Tempestiuum, opportunum.

Turget, tumet, irascitur, inflatur.

Trux, saeuus.

†Tabes, cruor, sanguis.

Tabe, morbo, macie, aegritudine. tabescunt enim, qui nimio languore ad maciem ueniunt.

Tenax est inter auarum et medie erogantem.

Glossae per V litteram.

Vernalis fructus magis quam 'uernilis' consideratione aliarum ex temporibus deriuationum dicere debemus, ut autumnalis, hiemalis, aestiualis.

Vltro citroque, huc atque illuc. citro ad nos, ultro illuc.

Virgultorum id est uirgarum uel humillimarum arborum genera.

Vernilis, subdolus et malus et seruilis. unde uernae dicuntur serui, qui domi nascuntur. uernalis autem a uerno tempore dictus.

---

1 Tempestiuum *G*: Tempestum *P* | a tempore dictum *add. G* 3 sceuus *C* 4 cruor *G et gloss. Isid.*: arbor *C*, orbor *R margo H*, rubor *H* | sanguis *PG gloss. Isid.*: sanguinis *HR*, cruore sanguinis *G alio loco. fort.* Tabo, cruore, sanguine. 6 aut macie *P* | eueniunt *C* 7 erogantem *H*: arrogantem *R margo H* 9 Vernalis *G*: Venalis *C*, Venialis *H*, Vernales *R* | uernilis *G*: uernalis *CH*, uernales *R* 12 Vltra citraque *v* 15 Vernilis *G*: Vernulus *P* | malus seruilis *P* 16 autem *G*: *om. P* 17 dictus *C*: dicitur *ω*. *subscriptio in C est*: Finiunt glossae Luct. Plac. grammatici.

2 turget] *Plaut. Cas.* 2,5,17. *Most.* 3,2,10. 3 trux] *Plaut. Bacch.* 5,2,29. truces 4 tabes] *Seru. Aen.* 3,29. Tabo, corrupto sanguine. et est nomen casus septimi tantum, ut sunt 'sponte natu'. quod si uelis declinare, 'haec tabes huius tabis' dices. 5 tabe] *Fest.* 359,2. 7 tenax] *Plaut. Capt.* 2,2,39. *Isid.* 10,268. Tenax, numi cupidior, quod teneat. 12 ultro citroque] *Prisc.* XV 12,21. *K.* A cis citro, unde 'ultro citroque'.

INDEX AVCTORVM.

INDEX VERBORVM.

A

B

C

D

E

F

R

S

T

V